V.
8

BIBLIOTECA NAZ^LE
XXV*
A
28
NAPOLI



Inter libros
Josephi Mariæ Parascandolo
Antecessoris Regii
A. L. N.

T.4.17

בָּבֶל

Sive

*DISCURSUS*

# DE CONFUSIONE LINGUARUM, TUM ORIENTALIUM:

Hebraicæ, Chaldaicæ, Syriacæ, Scripturæ Samariticæ, Arabicæ, Perſicæ, Æthiopicæ: tùm OCCIDENTALIUM, nempe, Græcæ, Latinæ, Italicæ, Gallicæ, Hiſpanicæ, ſtatuens HEBRAICAM omnium eſſe primam, & ipſiſſimam Matricem, concinnatus

à

*M. CHRISTOPH. CRINESIO SLACcowaldo-Bohemo, p.t. Diacono & S. Theolog. Profeſſore Publico AltdorphI Noricorum.*

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI




*NORIBERGÆ,*
Typis & Sumptibus SIMONIS HALBMAYERI.
ANNO M. DC. XXIX.

Εὖ διάγειν.

*MAGNIFICO; NOBILISSIMO ET MAximè Strenuò Viro, Domino*

# LUDOVICO HÖHENFELDERO,

Dn. in Aiſtershaim, Almegg, Peürbach & Weidenholz &c. Domino & fautori ſuo perbenigno.

FOrtean nemo non auſum hunce meum animo excipiet demirabundo, dum Magnificæ Tuæ Nobilitati βιβλαρίδιον hocce σμικρογλωττικὸν ego homo Academicus, inſcribere audeo. Verùm, qui intimius animum Tuum, in ſtudiis humanioribus abundè excultum, perſpectum habet, is facilè veniam facto dabit meo. Etenim à juventa prima Temet ſtudiis fuiſſe conſecratum totum, multa indicinæ loco ſunt certiſſimæ. Et ne longius ego, ipſus olim, in Auſtria, noſtra dulciſſima,

dum adhuc verſabamur, à Magnifica Tua Nobilitate bis terque literas accepi, ſtylo & filo Ciceronianas, floſculis Helleniſticis hinc inde interſperſis, & aliquoties Eberinis Abbreviaturis, quas illi רָאשֵׁי תֵבוֹת hoc eſt, Raſche Teboth, q d. capita dictionum, nuncupant, adjectis. Hinc αὐτομαθῶς in Scripta mea Syriſca, quæ olim Levcoreæ, publicâram, conceſſiſti, eorumque notitiam imbibere cepiſti, meque, ad majores fructus indidem percipiendes evocaſti Mühlgrubio Fenzeliano in arcem tuam Weidenholzianam. Verùm, iturientem jàm illuc, eheu, turbines temporum, retrorſum compulêre. Quid præterea in ſuperioribus Facultatibus ſcilicet Juridica & Theologica valeas, id experientia abundè comprobatum dat. Et quia, juxta enunciatum Ciceronianum, ſtudia pernoctant nobiſcum, peregrinantur & ruſticantur, id quod Tua Magnifica Dominatio in ſuo etiam exſulio ſatis mecum experitur, itaque concedat Eadem, quæſo, huic exiguo meo libello ſpaciolum in ſuis feſtiviſſimis forulis, & ſi quando Eidem allubuerit, eum percurrat, meuſque favitor perbenignus permaneat, quem protectioni di-

ni divinæ, cum ſuâ domo pernobili, etiam φιλαδελφικῷ ulterius fovendam, devotè commendo. Dabam Altdorphi, Noricorum, die Chriſtophori, qui eſt 25. JulI, ANNO CHRISTI 1629.

לפ״ק

*Magnificæ Nobilitatis Tuæ*

*devotus cliens*

M. CHRISTOPH. CRINESIUS,
Diaconus & S. Theolog.
Profeſſor Publicus.

*VIRO REVERENDO ET*
*Clariſſimo,*

# Dn. M. CHRISTOPHORO
## Crineſio P. P. Altorphino, Collegæ ſuo honorando.

I.

**M**ULTIGENAS olim invexit Babylonia turris
  Linguas: Lingua etenim genſq; erat una prius.
*Quomodò, ut ex rivo, fluat una ex alterâ; amœnos,*
  *Monſtrat Crineſius vir gravis arte, fide!*
*Luce præitq; ſuâ, quânam ratione coire*
  *Poſſent, ſed voto ſpes cluet usq; minor.*
*Una fides inter nos dà clareſcat, Olympi*
  *O Rex ſumme: Tuo hoc numine gaudet opus;*
*Ad Sanctam donec Linguam unam quisq; futurâ*
  *In vitâ æternâ perveniamus; Amen!*

GEORGIUS König / S.Th. Doct. & P.P.

וְהֵא

# ויהי בהוותי בנעם ספר היה ספיר גוזתו

נטה אלי אדני ויתן בפי שיר חדש על־גבהות
אנשי בבל ונשאתי קולי ושרתי
כתם לכבי:

עולה מרום הר למפלה גבר
מגבי——ה פתחו מבקש חק שבר:
להתנשא לבבל ותמצא רב־הבל
תבל לשונות מבוכה עם אבל:
השפיל אלהים גבה לב במהרה
בלל לשונות גאון ודים ירה:
שונא אדני לגבהות עינים
אוהב ענוה לשפל רגלים:
כי י——— עמוד מ——כלי כל־מ פלה
יבול גבה לב כחפזו לכשלה:
אזוב בקיר נח ויקום בסערה
הן רו——ח על־הר ארזים שוברה:
לכן אנוש את־ענוה על־לבב
תכתוב כעל־לו——ח תסור משובב:
כי כן בגור———לה אבוא תמיד
הנה נכה לב אכבד ברכיך:

*Deproperabat*

M. Daniel Schvventer, ling. Oriental. Prof. Altdorphinus, & in iisdem Poëta Coronatus Cæs.

*Ejuſdem*

*Ejuſdem Carminis κατὰ πόδα Latina verſio,*

ARdua qui ſcandit montis juga, decidit inde,
Ambitione malum accerſit homo ipſe ſibi.
Exemplum eſt Babylon, quam vana ſuperbia ſtruxit,
Linguarum hinc triſtis mixtio nata fuit.
At citò dejecit tumidos animoſque ſuperbos,
Confuſis linguis ſparſit & orbe vagos,
Exoſus Deus elatos oculoſque tumentes,
Abjectis ſed amans quos juvat eſſe animis.
Hos non evertet vis ulla, ruina vel ulla.
Altum eſt inconſtans, corda ſuperba ruunt.
En hedera ad murum ventorum prælia ridet.
Queîs facile eſt Cedros ſternere monticolas.
Virtutem inſculpas Humilem præcordibus, ergò
Mi homo, & elatum ſperne ſodalitium.
Jugiter hinc tibi me facilem & præbebo benignum,
Pectus contrito muneraque ampla dabo.

*Amicitiæ cauſa ſcripta*

*à*

*M. MELCHIORE RINDERO,*
*Miniſtro Verbi Noriberg.*

Ugo-

Προσφώνησις πολυγλώττου

*Ad*

*VIRUM REVERENDUM DOCTISſimum, & quaquaversùm celeberrimum*

# Dn. M. CHRISTOPHORUM CRINESIUM, PROfeſſ. Publ. atque Eccleſiaſten ALTORPHI Noricorum,

*Affinem, & Amicum ſuum,*

*SUPER EJUS*

ALTERAM GYMNASII CHALdaici Partem, & Lexicon, ſive Concordantias Chaldaiſmi Hagio-graphici; ac reliquos ejuſdem labores ἀνατολικογλωττικούς.

## *Samaritice*

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

## *Arabicè*

*Georg Herreman sculp. 2 Octob. Ao. 1620*

وَٱللّٰهُ يا ٱلقَرِيبُ لِيُبَارِكَنَّكَ
أَسْمَائِكَ فِي كُلِّ إِفْعَالِ يَدَيْكَ *
رُوحُ قُدْسٍ بِقُوَّتِهِ تُسْبِغَنَّكَ
بَانِيَ كُلٍّ وَمِنْهُمْ سَعْيَكَ *
أَنْ يَغْنِيَ ٱسْمَ ٱلمُؤْذِنِ بِكَ ٱلمَسِيحِ
أَنْ يَعْلِيَ حِينَمَا لَكَ ٱلحُبُّ ٱلتَّسْبِيحِ *
يَا ٱلقَرِيبُ يُخْبِرَنْ لَكَ عَلَى ٱلأَرْضِ
كُرْ مُعَاقٍ مَعَ أَفْلَاكٍ بِلَا ٱلمَرْضِ *

*M. Johannis Zechendorff Schol. Cygneæ Rectoris Philolog. et LL. Orient. Cultoris*

# ELENCHUS PRIMUS CAPITUM.

CAPUT I. De Lingua Hebræa, omnium aliarum prima. pag. 1.
CAP. II. De Scriptura Samaritica, pag. 17.
CAP. III. De partibus conſtitutivis Linguæ Hebraicæ. 32.
CAP. IV. De forma Linguarum, quâ aliæ ab Hebræa dignoſcuntur ortæ, & in ſpecie de Chaldaica. 40.
CAP. V. De Syriaca. 47.
CAP. VI. De Arabica. 57.
CAP. VII. De Perſica. 62.
CAP. VIII. De Æthiopica. 68.
CAP. IX. De Græca. 75.
CAP. X. De Latina. 83.
Ibidem: De Gallica. 87.
CAP. XI. Uſum Hieroglotticum in Theologia commonſtrat. 103.
CAP. XII. Continuat praxin eandem alio ἐχδοο-ζητήματι ἱερογλωττικῷ, ex totidem Linguis eruto. 125.

# ELENCHUS SECUNDUS RERUM.

*Æthiopes quinam hic ſint intelligendi.* pag 69. th. 6.
*Eorundem manuſcripta.* 68. th. 2. *Impreſſa.* 72. th. 18.
*Anathematiſmus Paulinus qualis ſit 1 Cor. 16. v. 22.* 132.
*Alcoranus à quo nuper Latinè ſit verſus doctiſſimè.* pag 62.
*Conſilium P. Danielis Nebucadnez datum.* 129.
*Encomium nominis adorandi Jehovah, Jehovi & Jah, per Alphabetum Hebræum deductum.* 123 th. 30.
*Explicatio ejuſdem nominis.* 13[illegible] th. 1.
*Facies Moſis cur dicitur cornuta?* 126.
*Jehova nomen Dei eſt eſſentiale.* 105 th. 20.
*India duplex eſt.* 73 th. 22.

Lectio

*Lectio Gallorum omnium difficillima, & qualis eadem?* 87. th. 17.

*Lingua*
- *Æthiopica.* 71.
- *Arabica.* 61. *Unde diſcenda?* 57. à th. 1.
- *Chaldaica ab Hebræa dependente* 41. th. 4.
  - *Ejuſdem forma* 42. th. 11. uſque pag. 46.
- *Hebraica. quod ſit omnium aliarum prima* pag. 1. uſq. 17.
  - *Ejuſdem partes eſſentiales quæ?* 32.
- *Gallica.* 82. th. 25.
- *Græca.* 75.
- *Hiſpanica.* 102.
- *Italica.* 101. th. 14.
- *Latina.* 83.
- *Perſica.* 62.
- *Syriaca.* 47.
  - *Qualis eadem hic intelligatur.* 47. th. 1.

*Linguarum diviſio.* 40. th. 2.
*Linguæ Græcæ ortus ab Hebræa qui & qualis?* 75 th. 1.
*Latinæ origo quæ?* 83 th. 1.

*Oratio Dominica*
- *Æthiopicè.* 71.
- *Arabicè.* 61.
- *Hebraicè.* 39.
- *Gallicè.* 100, 101.
- *Græcè.* 82.
- *Hiſpanicè.* 102.
- *Italicè.* 101.
- *Syriacè.* 56.

*Panis quotidianus quid ſignificet?* 140. 141.
*Perſica quædam dicta Latinè tralata.* 63.
*Quale nam latus Chriſto in cruce ſit effoſſum.* 135.
*Samaritani quinam heic intelligantur?* 17. 18.
- *Eorundem ſcriptura: ſitne antiquiorum Judæorum propria necnè? Affirmatur. pag. 19. th. 3 Negatur v. à th. 4. ad pag. uſque 26.*

*Signum piorum apud Ezechielem quale?* 137. 138.
- *Conſonantes Samaritanorum quæ?* 26. à th. 9.
- *Quæ vocales & reliqua puncta?* 29.
- *Eorundem ſcriptura, cum binis typis aneis.* 30. & 31.

*Sola fide juſtificamur.* 143.

Sphal-

## Sphalmata Chalcographica reſti-tuantur h. m.

*Pag.1.th.3.l.2.* וּדְבָרִים. *th.4.l.1.* μεταφέρειν *p.2.th.5.l.3.* וּבוּמְלָךְ *l.6.* ἐν. *p.3.th.9.l.6.ſicuti, th.10.l.2.* הַדְּבָרִים. *th.12.communicantes.th.13.l.1.Philaſtrius.p.5.th.21.l.20.ſerie. p.6.l.1.perducitur.Ibidē th.23.l.1.referſſis th.eâdem.l.4.ſigni-ſicari.p.8.th.29.l.7.* וְאֹת. *th.30.l.6.* ἐξοχὴν. *& l.7.Piel.p.10.th. 36 l.l.2.nunc.t.37.l.1,25.Ibid.l.14.nititur.p.11.th.38.l.1:27. th.41,l.2.accidat.p.12.t.42.l.8.linguarū.p.13.th.46,l.3.Eupolemū & l.4.Moſen.p.15.th.52.l.5,19.& l.7.rectâ.p.18.th.2.l. 12.pro Johan.v.6.ſit 7.& l.16.pro 32 ſit 23.p.19.th.3.l.15.numis.p.24.th.7.l.14.* אָדָם. *p.25.th.8.l.5.* יְרוּשָׁלַיִם, *l.7.* הָיִר. *p. 26.th.9.l.2.quot,p.29.th.22.l.5.ſint duo pūcta ita oblig. poſita:* אֱלֹהֶיךָ *& th.23.l.2.* תְּרוּבַת. *p.31.l.11.* וְכִבְרַכַּת. *l.12.cervū.l.21.* דְּבַר *p.33.l.10.gennbha p.34.t.6.l.2.* ἡ *&* διόρθωσις. *th.10.l.2.* *th.12.l.2.* וְכַר *&* וְכָר. *p.35.l.1.* יִקְרָא. *th.15.l.6.cõſtare, & conſonis.th.16.l.3.* γραμμάτων. *th.17.l.8.infimi.p.37.th.26.l.1.* לְעוֹלָם. *th.27.l.2.detorto.p.39 th.36.l.5.* טַעַם. *th.38.l.10.* הַיּוֹם. *p.43.th.14.l.6.* מַלְכָּא. *th.19.l.4.* חֲדָה *חֲדִי,* *&* חֲדָא. *l.5.* חֲדֵר. *p.44.l.1.* הָוָה. *l.6.* בְּבֶל. *l.15.* אֶרֶץ. *l.20.* תִּצְוֶה. *p.45. th.21.l.1.fontes, & Prophetia, th.24.l.6.* אֲדַרְגָּזְרַיָּא. *L.6.ſit* שׁ. *p.46.th.28.l.1.adde de.l.3.* שְׁמֵהּ. *p.47.th.1.auctore Severo Patriarcha.p.48.th.5.l.5.alter alterius.p.57.l.2.lecbaibā.p.61. th.21.l.3.& c.l.8.qeddes.th.23.l.2.collegero,p.63.th.2.l.2.libello.p.65.th.3.l.13.Hadaſſa.p.66.th.21.l.3.regis & ibid:* συγγενεῖς. *pag.67.th.25.l.5.* γλῶσσαν. *p.69.l.3.ejuſmodi.th.6.l.8.fruſtra.p.70.th.11.l.1.cremo.l.6.* αἰθίοψ. *l.10.* σμήχεις. *th.12.l.8.rege p.71.th.13.l.2.* ἀπόστολοι. *th.17.l.6.Zalala.p.72.th.18.l.6.roja. p.74.th.29.l.3.claram.p.76.th.7.l.3.conſecrârunt.l.7.* αὐτοχθονία. *p.78.th.16.l.7.* μαθῆν *pro* μαθεῖν. *p.80.l.9.* βυσσὸς. *l.21.* אֵיךְ *p.81.l.2.Chaldai.l.8.* פְּדַר. *l.26.* καθαρὲς. *p.82.l.3.ſimilia.th.25.*

## STRIACE.

נְבָרְכָךְ אָו חָתְנִי אֱלָהָה׃
מְצַלֵּאנָא אָף כֻּל עֲבָדָה׃
תְּקִים לְהוֹנָה חַנָּנָא
דְקוּדְשָׁא רוּחָא מִן אֱלָהָא׃
דְנִשְׁתַּבַּח טָב שְׁמָא מְשִׁיחָא
וְנֶתְרַבַּב קוּלָסָה בְּחִירָתָא׃
וְתֶהְוֵא טֵיבוּת לָה חֲבִיבָא
בְּאַרְעָא אָף בְּפַגְרָא חָלִימָא׃

## HELLENISTICE.

Ὦ κηδεστὰ, θεός σε εὐλογήσαι·
Καὶ πάντ' ἔργματά σου, ἐπεύχομαι νῦν·
Τοῖς στήθεσσι τεοῖς θεοῦ ἐνήτω
Ἱρὸν πνεῦμα συνέργεον πόνοις σου,
Εἰς δόξαν μεγάλην κλέος τε χριστοῦ,
Καὶ πρὸς τοὔνομά σου ἐν αἰῇ ἐσθλόν.
Ὦ Κηδεστέ μου, ὄλβιος σὺ ἔσθι,
Καὶ αἰεὶ μένε τῶν νόσων ἄμμορος.

DISCUR-

כִּגְבוּרַת יְהוָֹה׃

*DISCURSUS*

# DE CONFUSIONE LINGUARUM.

## *CAPUT I.*

### *De Lingua Hebræa, omnium aliarum prima.*

1. **D**E *γλωττοσυγχύσει* diſſerturo, ſummoperè incumbit, ut de prima illa, quæ ab exordio mundi ad confuſionem uſq; Babylonicam, annos ſcilicet mille ſeptingentos quinquaginta ſeptem, in univerſa poſteritate Adamica uſurpabatur, certus ſit.

2. Unam enim Lingvam ante miſeram illam, & toti generi humano, per ſe, exitialem *σύγχυσιν* fuiſſe, Moſes, *ὅς ἀρχηγένεθλος καὶ μέγας φίλος ὑψίστοιο*, teſtatur libro ſuo Bereſchith, beſimam א״י h. e, Geneſeos capite 11.

3. Talia ſiquidem ibidem ad poſteritatem tralata voluit: וַיְהִי כָל־הָאָרֶץ שָׂפָה אֶחָת וּדְבָרִים אֲחָדִים׃

4. Maximam hancce Moſaicam, *μεταφράστος* aliis

 qua-

quatuor, duabus nimirum antiquiſſimis, & duabus recentioribus, omnibus tamen in Eccleſiis noſtris uſitatis, majoris σαφηνείας καὶ βεβαιώσεως χάριν, allubeſcit exponere hiſce:

5. Antiquiſſimas nuncupo Targum, ſive expoſitionem Chaldaicam & Græcam LXX. Interpretum.

Illa ita habet וַהֲוָה כָל אַרְעָא לִשָּׁן חַד וּמְמַלָּל חַד: hoc eſt: Fuit univerſa terra Linguæ unius, & locutionis unius.

Hæc verò: Καὶ ἦν πᾶσα ἡ γῆ χεῖλος ἕν, καὶ φωνὴ μία πᾶσι. Hoc eſt:

Et erat omnis terra labium unum & vox una omnibus.

6. Recentiores dico: Latinam & Vernaculam noſtri, pientiſſimæ recordationis, B. Lutheri.

Illa; Erat autem terra labii unius & ſermonum eorundem.

Hæc: Es hatte aber alle Welt einerley Zungen vnd Sprache.

7. Heic שָׂפָה Nomen Hebræis primitivum, deſignat extremitatem propriè oris ſive labium græcis χεῖλος. Aliâs etiam adhibetur ad denotandum labrum, oram, ripam, & littus, teſtibus Lexicographis Eberinis & ἀξιοπίστοις.

8. Ineſt autem in hoc loco Moſaico, nomini huic Metonymia cauſæ efficientis inſtrumentalis, dum inſtrumentum pro inſtrumentato ſeu effecto collocatur, nempe pro ipſo ſono, labiis cum lingua colliſis, formato, quem in hominibus, utpote diſtinctum & articulatum, aliâs ſimili Metonymia Linguam, die Sprache/ nuncupamus.

9. Per alterum verò nomen, quod eſt דְּבָרִים, ſignificantur verba, quando jam certum quid nobis eſt enunciandum, ſive illud ſit ſimplex, ubi vox aliqua ἄνευ συμπλοκῆς adhibetur, uti ex Nomenclationibus videre eſt: ſive compoſitum, cum regimen ſtatuſque ſyntacticus aſſumendus eſt, ſicitu ex Phraſeologiis & Lexicis junctim diſcimus.

10. Sic ergò Moſes per שָׂפָה integrum Linguæ ſyſtema, per דְּבָרִים autem, partes ejuſdem, egregiâ ἢ μερισμῷ ἐξηγητοί denotatas voluit.

11. Quare omnes homines, viventes temporibus ante & in ipſa confuſione, nòn ſolum conveniebant in unitate verborum, ſed etiam in unitate labii, hoc eſt, modo proferendi.

12. Contingit enim Italos communiantes in verbis, differre labiis, id eſt, modo pronunciandi. Et ſimile eſt in noſtris Germanis, Hiſpanis, aliiſque. Ad tollendam itaque omnem diverſitatem, utramq; unitatem ſic explicuit Moſes, uti & Cajetanus h. l. ſentire dicitur à Benedicto Pererio.

13. Valeat proinde philaſtrius, qui (In Catalogo Hæreſeων c. 106 multis ſeculis ante exſtructionem Babelis, magnam inter homines Linguarum & ſermonum varietatem ſtatuens) ita Moſis verba detorquet: Moſes dicit terram unius labii fuiſſe, quia etſi „ varia erant linguarum genera, omnes tamen ſe in- „ vicem intelligebant: eratque omnibus lingua una, „ & idem ſermo, non quidem eorundem vocabulo „ rum uſu, ſed eadem omnium loquentium & au- „ dientium intelligentia.

14. Miſerè enim is deceptus fuit ignorantia fi-

guræ Anticipationis, quæ Græcis dicitur ὕστερον πρώτερον, & eſt Scripturæ Sacræ, in Chronologiis potiſſimum recenſendis, frequentatiſſima, qualis etiam eſt in præſente loco Moſaico, ſcilicet cap. 10. & 11. Geneſ.

15. Hiſce præmiſſis, quæritur jam: Quidnam Moſes generali ſuo enunciato: Erat terra univerſa שְׂפָה אֶחָת Unius Labii, intelligat? & quamnam Linguam omnium primam, & reliquarum quaſi matrem conſtituat?

16. Videmus equidem illum nihil expreſsè definiviſſe, interim, tacitâ ſuâ tranſitione, illum diverſum à noſtra, quam jam propoſituri ſumus, ſententia nihil ſenſiſſe, tutiùs affirmatur, quàm negatur.

17. Eſt autem communis omnium rectè judicantium Theologorum, hiſtoricorum, Lexicographorum, tum priſci, tum recentioris ſeculi, ſententia, illam omnium primam linguam, quam jam Hebræam indigitamus, exſtitiſſe.

18. Teſtes deſideras? Ecce tibi par Theologorum majorum noſtrorum facilè principum: Auguſtinum & Hieronymum.

19. Illum, lib. 16 de C. D. c. 11. & lib. 18. c. 39. Primum enim ait, Linguam illam, quæ fuerat omnium hominum communis, fuiſſe Hebræam, ſic nominatam ab Heber, quòd in ejus ſolius familia poſt diviſionem linguarum, manſerit. Quoniam (verba ſunt Auguſtini) in familia Heber communis antea omnium lingua remanſit diviſis per alias linguas cæteris gentibus, ideò deinceps Hebræa eſt nuncupata; tunc enim opus erat diſtingui eam ab aliis linguis nomine proprio, ſicut aliæ quoque linguæ vocatæ ſunt nomi-

nominibus propriis. Quando autem erat una omnium nihil aliud quam humana lingua, vel humuna locutio videbatur, quòd eâ ſolâ univerſum genus humanum loquebatur.

20. Præterea, indidem etiam argumentatur Auguſtinus, quod in ſolo Heber, & familia ejuſdem recta veri DEI fides, religio & pietas remanſerit. Siquidem confuſio linguarum, pœnâ fuit impietatis illorum hominum. Quibus igitur illa pœna non contigit, eos par eſt credere, impietatis illorum hominum non fuiſſe participes.

21. Verba ejuſdem patris talia ſunt: Quemadmodum etiam cùm erat una omnium lingua, non ideò tamen filii peſtilentiæ defuerunt: nam & ante diluvium una erat lingua, & tamen omnes deleri, præter unam Noë juſti domum, diluvio meruerunt: ita quando elatioris impietatis meritò gentes linguarum diverſitate punitæ ſunt, & civitas impiorum confuſionis nomen accepit, ut appellaretur Babylon, non defuit domus Heber, ubi & *prior lingua*, & pietas conſervaretur. Nam quia de pœna venit multiplicatio mutatioque linguarum, utique præter hanc pœnam eſſe debuit populus DEI. Ergò ubi eadem lingua remanſit, ibi non fuit illa pœna, quæ facta eſt mutatione linguarum, ad iſtam non pervenit tale ſupplicium. Nec fruſtra lingua iſta, quam Patriarcharum & Prophetarum non ſolum in ſermonibus ſuis, verùm etiam in literis ſacris cuſtodivit auctoritas, non in omnes Abrahæ vel Heber poſteros tranſmiſſa eſt ſed in eos tantum, quorum generatio recta ſeriè perdu-

νόμενον, exigit ut ἐτυμότητα quarundam vocum inveſtigemus.

29. Adamus autem, ut πρωτοπλάστης & ὀνοματοθέτης omnium primus, Chavvæ ſive conjugi ſuæ duo nomina impoſuiſſe fertur, & alterum toti ſpeciei, in ſuo ſexu, commune remanſit, dum eam אִשָּׁה viram, ab אִישׁ viro, nuncupavit, Gen. 2, v. 23. Aſſignata ratione ex cauſa materiali hiſce verbis כִּי מֵאִישׁ לֻקֳחָה זֹּאת hoc eſt, quia de viro ſumpta eſt.

30. Alterum nomen, eſt proprium perſonæ, ſonans ritè חַוָּה Chavva, (quod vulgariter profertur Heva) causâ iterum redditâ & adductâ, ex efficiente procreante univerſali, verbis inſequentibus illis: כִּי הִוא הָיְתָה אֵם כָּל־חָי, hoc eſt, eò quod ipſa ſit mater omnis viventis, puta hominis κατ᾽ ἐξοχὴν ſic dicti, ex Radica חָיָה vixit, in pie חִיָּה vivificavit, vivere fecit & permiſit.

31. Deinde, poſtquam Chavva incepit propagare genus humanum, primumque marem peperit, indidit ei nomen קַיִן Kain, Gen. 4, v. 1. ex cauſa finali, nomine παρωνύμῳ à fiducia (ſed fruſtrata) acquiſiti lapſus ſui reſtauratoris. Sic enim ipſa ibidem ἐτυμολογεῖ dicens: קָנִיתִי אִישׁ אֶת־יְהוָה hoc eſt, poſſedi virum Jehovam. Sic enim articulus אֶת־, nomini Dei præfixus, ſemper (inprimis verbo activo præeunte, & ſequente nomine aliquo) caſum accuſandi Hebræis denotat, licet id non ſemper eodem in caſu Latinus, Græcusve exponere poſſit.

32. Sed Chavva noſtra, eventu contrario, eluſa,

con-

contriſtatur miſera & mœroris ſui, in altero ſuo, recens nato, filio indicinam reliquit manifeſtiſſimam, quem הֶבֶל Hebelum nominavit, à vanitate, quod nomen illud ſignificat. Dum ſcilicet vanam ſpem in priore natu experta fuerat, & non abſimilem quoque in altero, ſi eandem fiduciam in præſentem collocaret, ſe experturam fore.

33. Tertium tandem pariens filium, eundem appellabat שֵׁת Schethum, Gen.4.v 25. ab effecto Dei ſimili: ſubdit enim: כִּי שָׁת לִי אֱלֹהִים זֶרַע אַחֵר תַּחַת הֶבֶל כִּי הֲרָגוֹ קָיִן׃ hoc eſt, quia repoſuit mihi DEUS ſemen aliud pro Hebelo, nam interfecit eum Kain.

34. Et hic Schethus filio ſuo nomen, ſimiliter ἀξιομνημονεύτων omnium ſeculorum, indidit אֱנוֹשׁ, ab adjuncta miſeria & ægritudine, cui jam poſt & propter lapſum protaplaſtarum noſtrorum, totum genus humanum, variis modis, eſt expoſitum. Radix ſiquidem hujus eſt אָנַשׁ, quæ ægrum vel ægritudine affectum eſſe, ſignificat, vide ejus participium paſſivum ſingulare Pſal. 69, verſ. 21. Hinc Græcis quoque homo dicitur ταλαίπωρος, miſer, quaſi τλάων τὸ πῶρον, portans luctum.

35. Tandem Lamechus, filius Me huſchelachi anno 821. illos demum ſubſequens, filium ſuum à contrario planè eventu, nuncupavit נֹחַ Noach, Geneſ.6. verſ.29. à quiete, quæ Hebræis eſt נִיחַ Niach, αἰτιολογία ſubnexâ iſthac: זֶה יְנַחֲמֵנוּ מִמַּעֲשֵׂנוּ וּמֵעִצְּבוֹן יָדֵינוּ מִן הָאֲדָמָה אֲשֶׁר אֵרְרָהּ יְהוָה׃ h. e. Hic conſolabitur nos de labore noſtro, & de

νόμενον, exigit ut ἐτυμότητα quarundam vocum inveſtigemus.

29. Adamus autem, ut πρωτοπλάστης & ὀνοματοθέτης omnium primus, Chavvæ ſive conjugi ſuæ duo nomina impoſuiſſe fertur, & alterum toti ſpeciei, in ſuo ſexu, commune remanſit, dum eam אִשָּׁה viram, ab אִישׁ viro, nuncupavit, Gen. 2, v. 23. Aſſignata ratione ex cauſa materiali hiſce verbis כִּי מֵאִישׁ לֻקֳחָה זֹּאת hoc eſt, quia de viro ſumpta eſt.

30. Alterum nomen, eſt proprium perſonæ, ſonans ritè חַוָּה Chavva, (quod vulgariter profertur Heva) cauſâ iterum redditâ & adductâ, ex efficiente procreante univerſali, verbis inſequentibus illis: כִּי הִוא הָיְתָה אֵם כָּל־חָי, hoc eſt, eò quod ipſa ſit mater omnis viventis, puta hominis κατ' ἐξοχὴν ſic dicti, ex Radica חָיָה vixit, in pie חִיָּה vivificavit, vivere fecit & permiſit.

31. Deinde, poſtquam Chavva incepit propagare genus humanum, primumque marem peperit, indidit ei nomen קַיִן Kain, Gen. 4, v. 1. ex cauſa finali, nomine παρωνύμῳ à fiducia (ſed fruſtrata) acquiſiti lapſus ſui reſtauratoris. Sic enim ipſa ibidem ἐτυμολογεῖ dicens: קָנִיתִי אִישׁ אֶת־יְהוָה hoc eſt, poſſedi virum Jehovam. Sic enim articulus אֶת, nomini Dei præfixus, ſemper (inprimis verbo activo præeunte & ſequente nomine aliquo) caſum accuſandi Hebræis denotat, licet id non ſemper eodem in caſu Latinus, Græcusve exponere poſſit.

32. Sed Chavva noſtra, eventu contrario, eluſa, con-

contriſtatur miſera & mœroris ſui, in altero ſuo, recens nato, filio indicinam reliquit manifeſtiſſimam, quem הֶבֶל Hebelum nominavit, à vanitate, quod nomen illud ſignificat. Dum ſcilicet vanam ſpem in priore natu experta fuerat, & non abſimilem quoque in altero, ſi eandem fiduciam in præſentem collocaret, ſe experturam fore.

33. Tertium tandem pariens filium, eundem appellabat שֵׁת Schethum, Gen. 4. v. 25. ab effecto Dei ſimili: ſubdit enim: כִּי שָׁת לִי אֱלֹהִים זֶרַע אַחֵר תַּחַת הֶבֶל כִּי הֲרָגוֹ קָיִן׃ hoc eſt, quia repoſuit mihi Deus ſemen aliud pro Hebelo, nam interfecit eum Kain.

34. Et hic Schethus filio ſuo nomen, ſimiliter ἀξιομνημόνευτον omnium ſeculorum, indidit אֱנוֹשׁ, ab adjuncta miſeria & ægritudine, cui jam poſt & propter lapſum protaplaſtarum noſtrorum, totum genus humanum, variis modis, eſt expoſitum. Radix ſiquidem hujus eſt אָנַשׁ, quæ ægrum vel ægritudine affectum eſſe, ſignificat, vide ejus participium paſſivum ſingulare Pſal. 69, verſ. 21. Hinc Græcis quoque homo dicitur ταλαίπωρος, miſer, quaſi τλάων τὸ πῶρον, portans luctum.

35. Tandem Lamechus, filius Meihuſchelachi anno 821. illos demum ſubſequens, filium ſuum à contrario planè eventu, nuncupavit נֹחַ Noach, Geneſ. 6. verſ. 29. à quiete, quæ Hebræis eſt נִיחַ Niach, αἰτιολογίᾳ ſubnexâ iſthac: זֶה יְנַחֲמֵנוּ מִמַּעֲשֵׂנוּ וּמֵעִצְּבוֹן יָדֵינוּ מִן הָאֲדָמָה אֲשֶׁר אֵרְרָהּ יְהוָה׃ h. e. Hic conſolabitur nos de labore noſtro, & de

opere manuum noſtrarum, de terra, cui maledixit ipſe Jehovah. Radix autem verbalis hîc eſt: נוח, quietum eſſe, & nomen illud proprium Noachi, poſſeſſivè quietum in ſeſe, & effectivè, quiete alios recreantem conſolationemque aliis eſſe, deſignat. In textu autem præſente per נחם (conſolatus eſt alium) non nominis, ſed rei fit expoſitio.

36. Septenario hoc inductionis exemplorũ numero contenti, nunm Lectorem cordatum compellamus, ut is judicium ſuum de Etymologiis præſentibus, non è cerebro noſtro, ſed ipſius Spiritus Sancti ore deſumptis, ferat liberrimum, & num cuiquam alii totius orbis habitabilis Linguæ, præterquam Hebrææ aptari poſſint, pronunciet?

37. Et, quia ſupra theſi 24. facta fuit mentio Goropii Becani, neceſſarium hic eſſe judico, ut ejusdem, aliâs viri ingenioſiſſimi, mens & ſententia genuina recenſeatur. Itaque ipſum Caſparum Waſerum, in commentario ſuo ad Mithridatem Geſnerianum, pagina 113. fac. b. ita de eodem allubeſcit audire: Goropius Becanus, noſtro ſeculo, ingenioſo quidem commento, prætulit Hebraicæ, Græcæ & Latinæ Cimbricam linguam, hoc eſt, antiquam Germanicam, quæ in inferiore Germania & Belgio uſitata eſt: quam nihil ab Hebraica, ſed potius hanc ab illa adminicula ſumpſiſſe multis argumentis conatur demonſtrare. Imò, quod plus eſt, ſibi & aliis perſuadere nituntur, Adamum Germanicè in paradiſo locutum, ſicque hanc, ut longè antiquiorem, ita præſtantiorem, & ab ea, tanquam ex fonte, omnes alias linguas in univerſo orbe fluxiſſe, quod acuti ingenii exercitium jucundum potius lectu, quam

vera

vera eſſe, quæ arguit, à plerisque exiſtimatur. Hactenus Waſerus.

38. Et theſi 26. quoque Theodoreti incidit mentio, qui primas linguarum deferre legitur Syriacæ, quæſt. 59. in Geneſin, & alia, hanc ad materiam pertinentia, itaque ejuſdem mentem jam inſpiciemus, & ſententiam examinabimus.

39. Sic autem Theodoretus ſcribit, loco nuper allegato: Quænam ſit lingua omnium antiquiſſima, nomina ipſa indicant. Adam enim & Cain, Abel & Noë, propria ſunt nomina linguæ Syriacæ: Syrorum enim mos eſt, terram rubram appellare Adam. Interpretatur ergò Adam, terrenus aut pulveroſus. Et Cain, poſſeſſio: hoc enim Adam, laudans DEUM dixit: poſſedi hominem per DEUM. Et Abel idem eſt quod luctus: primus enim ille mortalium viſus eſt mortuus, primuſque parentibus luctum attulit. Noë verò idem eſt, quod requies. Hæc Theodoretus.

40. Ejus autem opinio non ſolùm vera non eſt, ſed ejusdem quoque ratio valde infirma. Etenim nomina illa; Adam, Eva, Cain, Seth, Noë, eorumque ſingulorum interpretationes, propria ſunt linguæ Eberinæ, quod nuper ex Geneſi demonſtratum dedimus.

41 Quod verò eaſdem voces etiam habeat lingua Syriaca, id nemini mirum accidet, ſiquidem ex Eberina lingua, tanquam ex fonte communi quamplurimæ aliæ linguæ, uti ſunt Aramicæ, ſcilicet Syriaca & Chaldaica, imò & Arabica, quaſi rivuli quidam à ſuo fonte, derivantur. Poſtquam igitur Syriaca, perquam affinis eſt Hebraicæ, mirum non erit,

ſi eadem in utraque lingua, nonnulla reperiantur vocabula.

42. Deinde, exiſtimat idem Theodoretus ibidem locorum, Hebræam linguam fuiſſe Moſi à Deo datam, ideoque non fuiſſe eam ante tempora Moſaica. Hinc conſequeretur linguam eandem Hebræorum plus ſexcentis annis poſt confuſionem & diviſionum linguarũ eſſe obortã, verba autem auctoris illius ita ſe habent: Linguam Hebræam equidem arbitror eſſe ſacram. Quemadmodum enim in templis Græcorum quidam ſunt literarum characteres peculiares, quos ſacros appellârunt: Sic Deus per Moſen damnavit hanc linguam, non quidem naturalem, ſed ad docendum tamen, aptam. Siquidem cum omnes loquãtur lingua ejus gentis, in qua nati ſunt, ut qui in Italia, Italicè: qui in Græcia, Græcè: qui in Ægypto, Ægyptiacè loquuntur: pueri tamẽ Hebræorum non ſtatim Hebraicâ utuntur linguâ, ſed eorum, apud quos nati ſunt. At verò cum adoleverint, docentur literarum Hebraicarum characteres, & ſacros libros Hebraicis & verbis & literis ſcriptos addiſcunt. Quod puto indicaſſe beatum Davidem, cum de Joſeph loquens, dixit: Linguam quam non noverat, audivit. Talia Theodoretus.

43. In hac autem Theodoreti ſententia quædam minime ſunt approbanda, videlicet dum aſſerit ante Moſen non fuiſſe linguam Hebræam, quandoquidem illud vergat contra ſententiam omnium tam Hebræorum, quam Chriſtianorum Doctorum. Immò in ipſo mundi exordio fuiſſe uſum linguæ Hebrææ, abundè probatum dant vocabula illa, quæ

nuper

nuper, ut propria Patriarcharum primariorum hominum, Adam, Cain, Abel, Noë, &c. expoſita dedimus, quæ in nulla alia lingua, præterquam Hebræa, vim iſtiusmodi retinent ſuam.

44. Deinde, quod, addit Theodoretus de pueris Hebræis, non illicò Hebraicè loquentibus, nihil id adjumenti affert ſuæ ſententiæ. Etenim florente adhuc Republica Hebræorum, omnes tunc Hebraicè loquebantur, eamque linguam à nutricibus, unà cum lacte, pueri ſugebant. Poſtquam verò illa gens in captivitatem fuit abducta, per omnes populos propemodum diſperſa fuit, atq; ſic amiſſa libertate & politia, & ubique ſerviens aliis gentibus, uſum naturalem propriæ linguæ perdidit, & alienis linguis, earum ſcilicet gentium, quibus ſerviit, ab initio eam imbuere neceſſum habet. *Nulla ſiquidem lingua nobiſcum naſcitur, ſed quævis conſuetudine addiſcitur.*

45. Tandem, quod Joſeph Hebræus & Hebraicè loquens, Ægyptiacam linguam ab Hebræa diverſam, ut ignotam ſibi addiſceret, mirum eſt prorſum nullum, neque ullam vim confert ad ſtabiliendam Theodoreti ſententiam.

46. Dum tandem Theodoretus, non altius Moſe repetit originem linguæ & literarum Hebraicarum, videtur in eo, imitatus Epolemum, qui, ut refert Euſebius, de præpar. Evang. lit. 9. c. 4. Moſem ſapientiſſimum fuiſſe virum prodidit, & literas Judæis primum tradidiſſe, & à Judæis Phœnices, Græcos autem à Phœnicibus accepiſſe.

47. Verùm, uſum tàm linguæ quam literarum Hebrai-

 brai-

braicarum fuiſſe antiquiorem Moſe, ex ſequentibus etiam pluribus conſtabit.

48. Poſtremo loco, ſcribit Theodoretus, ſibi opinionem eorum minimè probari, qui exiſtimant, tam Hebræos ipſos, quam eorum linguam Hebraicam, nomen traxiſſe ab Heber: quia penes eum, quando facta eſt confuſio & diviſio linguarum, & in ejus tantum familia manſerit ea lingua, quæ fuerat antea communis omnium: & iccircò ab *Heber* appellatam eſſe *Hebræam*.

49. At ob eam cauſam oportebat, dicit Theodoretus, omnes poſteros Heber appellatos eſſe Hebræos, & uſos linguâ Hebræâ: quod evenit aliter. Poſteri ſiquidem Heber fuerunt Syri, Moabitæ Ammonitæ, Iſmaelitæ, Idumæi, Midianitæ, Amalechitæ, & qui ex filio ejus Jectan progeniti, varias in regiones, Indiæ gentes, variis differentes linguis, condiderunt.

50. Tandem cenſet Theodoretus, appellatos eſſe Hebræos, ex eo, quod Abraham, è regione Chaldæorum veniens, in Palæſtinam transſivit fluvium Euphatem: Hebra enim Syrorum lingua (quod ipſe quidem dicit) idem dicitur quod Euphrates. Interim ſuam iſthanc diſputationem concludit hiſce: Verùm de hoc contendere, inquiens, ſupervacaneum eſt: nullum enim ex verbo pietatis detrimentum accedit, ſive hoc, ſive illud recipiamus.

51. Verum enim verò quod arbitratur Theodoretus, Hebræos dictos eſſe ab *Hebra*, qua voce denotari putat Euphratem, dum magnus ille Patriarcharum & *Hebræorum* parens Abraham ex Chaldæa,

dæa, tranſito Euphrate, venit in terram Chanaam: id certò à vero remotiſſimum eſt.

52. Ratio autem, quâ Theodoretus hoc loco ducitur, nec *Hebræos*, nec eorum linguam nomen cæpiſſe ab *Heber*, perquam infirma eſt, eaque convenientiſſimè ſolvetur ex teſtimonio Auguſtini, ſuperius allegato theſ. 18. Illi enim tantum poſteri *Heber* dicti ab eo ſunt *Hebræi*, & uſi quoque linguâ *Hebræa*, quos reſtâ ſerie generationis ab *Heber* uſque ad Jacobum pertinentes, recenſuit Moſes, in quibus videlicet veri DEI cognitio, ejusque cultus manſit & viguit.

53. Deinde, eodem in loco confirmat B. Auguſtinus, non tantum Linguam *Hebræam*, ſed etiam litteras & characteres *Hebraicos*, diu ante Moſen in uſu fuiſſe, ſcilicet contra quam putavit Theodoretus, ſic autem beatus ille pater ſcriptitat: Non eſt credendum, quod nonnulli abitrantur, *Hebræam* tantum Linguam, per illum, qui vocabatur *Heber*, unde *Hebræorum* vocabulum eſt, fuiſſe ſervatam, atque inde perveniſſe ad Abraham. *Hebræas* autem literas à *Lege* cæpiſſe, quæ data eſt per Moſen, ſed potius per illam ſucceſſionem fratrum, memoratam Linguam cum ſuis literis cuſtoditam, denique Moſes in populo DEI conſtituit, qui docendis literis præeſſent, priusquam divinæ legis ullas literas noſſent. *Hos* appellat ſcriptura grammatεῖς Iſagogos, qui Latinè dici poſſunt literarum inductores, vel introductores, eò quòd eas inducant quodammodò in corda diſcentium, vel in eas potius ipſos, quos docent. Quo nomine, dubio procul, B. Auguſtinus reſpexit ad locum

Deu-

Deuteron. 31, v. 28. ubi lectio Latina ſic ſe habet: Congregate ad me omnes majores natu per tribus veſtras atque *doctores*, & loquar audientibus eis ſermones iſtos, & invocabo contra eos cœlum & terram.

54. Ubi nomen, doctorum in Hebræo ſonat שֹׁטְרִים Schotrim. Significat autem שֹׁטֵר Schoter, moderatorem, gubernatorem, ſive præfectum etjam negotiorum publicorum. *Hos* LXX. Interpretes h. l. unâ dictione compoſitâ tranſtulere per *γραμματεισαγωγεῖς*, quos hîc B. Auguſtinus interpretatur, per literarum inductores, vel introductores, vel potius introductores ad literas. Targum vertit פִּתְגָּמִין, ex primitivo Chaldæorum, quod eſt Emphaticè פִּתְגָּמָא, & ſimpliciter פִּתְגָּם, ſignificans verbum, reſponſum, narratio, res, negotium. Hinc præſens plurale liceat interpretari haud reor, inconvenienter per Græcenſium *λογοδαιδάλους* Logodædalos ſignificans artificem verborum, ein artigen Redner/ der artlich und meiſterlich ſeine Wort ſetzen kan/ prout etiam Cicero hoc nomine in ſuo Oratore uti ſolet.

55. Et hæc hactenus *γενικῶς* de *Hebræa* dicta ſunto; jam ſpecialior, & fortaſſis intricatior ſubotietur quæſtio, ſcilicet de ſignis ejusdem externis, ipſa ſcripturâ characteriſticâ, *num videlicet illâ, quâ nobis jam Biblia ſacra Veteris Inſtrumenti conſignata ſunt, ſemper fuerit in populo DEI uſitata? Deinde, quasnam habeat partes, ſyſtaticas ſive Eſſentiales?*

56. Prius quod ſpectat *ζήτημα*, negat id in *Hebrai-*

ca literatura aliquanto aliis præſtantior *Hieronymus*.

57. Et ejuſdem viri veſtigiis incedens Bellarminus, adducit Alphabethum Samariticum & ſicli Iſraëlitici ſimilibus literis inſigniti formam, in fine ſuæ Grammatices *Hebrææ* editionis Colonienſis.

58. Subſcribit iisdem etiam Caſp. Waſerus, lib. 2. de Numiſmatibus *Hebr.* c. 3.

59. Item Joſephus Scaliger, libro de Emendat. Temp. & in computu Samaritico.

60. Similiter & Calviſius Iſag. Chron. cap. 40. pag. 165.

61. De his autem videſis caput ſubſequens ſecundum, quod nuper ſeorſim à nobis fuit publicatum, hocque loco neceſſariò fuit repetendum.

## CAP. II.

## DE SCRIPTURA SAMARItica, & quidem ejuſdem ORTHOGRAPHIA.

### MEMBRUM I.

*Præmittit & gentis & Scripturæ ejuſdem originationem.*

1. ORTHOGRAPHIAM SAMARITICAM paucis docturo, duo cumprimis neceſſaria, propylæo hocce, mihi præguſtanda videntur. Primùm: *quænam gens nobis nomine Samaritarum veniat?* alterum:

*Nam Samaritarum literæ eâ, quâ nobis hodie exhibentur, formâ, olim propriæ fuerint populi Eberini, ſive duodecim tribuum Iſraëlis?*

2. Prioris ζητήματος λύσιν ſubdo talem: Samaria, Hebræis noſtris שֹׁמְרוֹן dicta, nomen obtinuit ſuum, ex poſſeſſore illius loci montani, qui erat שֶׁמֶר Schemer. Ab hoc enim Amri, Rex Iſraëlitarum, poſt Jeroboamum ſextus, Schomronem, montem illum, bis mille Thaleris circiter redemit, inque eodem poſtea Regiam extruxit ſuam, uti legere eſt 1 Reg. 16, verſ. 24. Eſa. 7, v. 9. ubi urbs illa expreſsè caput ſive Metropolis Samariæ nuncupatur. Ab hac regia ſede, poſtea tota terra denominata fuit nomine Samariæ, uti videre eſt 2 Reg. 17, v. 24. 26. Eſdræ 4, v. 10. 17. Luc. 17, v. 11 Joh. 4, v. 4 5. 6. Act. 1, v. 8 cap. 8, v. 5. cap. 15, v. 3. Quia verò & urbis Samariæ, & totius regni Iſraëlitici inquilini, tandem ab Aſſyrio Schalmanaſſare capti, indidemque abducti, teſte libro 2 Reg. 17. v. 3 32. inq; eorumdem locum patrium coloniæ traductæ fuêre ex diverſiſſimis regnis Aſſyriacis, nempe ex Babele Chaldæorum, Cutha & Avva, Arabiæ deſertæ, Chamatha, Syriæ, Cananææ conterminæ, & Sepharvaimis, agro Sepharæ, urbis ad Euphratem in Meſopotamia, uti gentes eaſdẽ Biblia Tremelliana collocant, vide 2 Reg. 17. 2 Chron. 36. v. 20. De hiſce igitur, diſtinctarum religionum, regionum & linguarum, Samaritis, quæſtio heic nobis erit nulla: ſed de prioribus inquilinis, è lumbis Jacobéis prognatis, inque terram benedictam à Deo olim tralatis. Videmus enim Linguam noſtram Samariticam, quoad internam ſui conſtitutionem, (quam

(quam in νοήμασι καὶ ἐκφράσει occupatam eſſe arbitror) cum *Hebræa* unam & eandem eſſe, ſolis interim externis figuris ſive picturæ ſignis diſtinctam, id quod B. *Hieronymus* ſuo etiam calculo comprobat hiſce: *Samaritani Pentateuchum Moſis totidem literis ſcriptitant, quot Hebræi, figuris tantùm & apicibus diſcrepantes*, in prologo ſuo Regum libris præfixo. Meminit ejuſdem etiam Johannes Druſius Comment. in Alphabetum *Hebr.* vetus pag. 11.

3. Poſterioris quæſiti reſolutionem, percipimus, ex ore Doctorum, & ajentem & negantem. Ajens pars, ex auctoritate *Hieronymiana*, mentem ſtabilit ſuam hiſce: *Certum eſt*, ſcribit ibidem *Hieronymus*, *Edſram ſcribam, legiſq; doctorem, poſt captam Jeroſolymam & inſtaurationem templi ſub Zorobabele, alias literas reperiſſe, quibus nunc utimur: cum ad illud uſque tempus iidem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint.* Ejusdem ſententiæ, eſt illuſtris Joſeph. Scaliger, lib. 7. de emendatione Temporum, pag. 621. ſcribens: *Pentateuchum legunt Samaritæ, literis non adulterinis, ut Judæi, ſed meris Moſaicis characteribus, ut plane à Poſtello proditum eſt, & res ipſa loquitur.* Σύμφωνος iiſdem fit, præter Johann Druſium, etiam Caſpar. Waſerus, lib. 2. de Nummis Antiquis *Hebr.* Chald. & Syrorum, c. 3. Sethus Calviſius, in Iſagoge Chronologica, c. 40. p. 165. & alii multi.

4. Ego autem, cum aliis, in caſtra negantium, ut olim, (in Diſputat. mea 1. de Confuſione Linguarum, Wittebergæ habita, à theſi 27.) ita etiamnum transiens, conſtanter perſiſto, atque primum ad Authoritates, & *Hieronymi* & Poſtelli, viri illius πολυγλωττάτου: deinde, ad cauſam ab iiſdem allegatam,

brevibus reſpondeo. Ac ſanè quod concernit *Hieronymum*, novimus equidem illi aliàs in Grammaticis & hiſtoricis, multum eſſe tribuendum, verùm quid fidei hac in parte mereatur, illud hiſtoria, unde idem iſthanc ſuam ſententiam videtur deſumpſiſſe, nempe quartus liber Edſræ, totus penè fabuloſus, partim etiam blaſphemus, abundè teſtatur, vide ſis Edſræ lib. 4. cap. 4, v. 23. Cap. 14, v. 2. *Et licet Edſræ aliqua literarum Hebraicarum inventio, à quibuſdam adſcribatur, attamen illi non nova, ſed* Ταχυγραφίας *potius Elementa, attribui poterunt.* Id verò, quod Calviſius ex Scaligero adducit, quaſi Edſras, poſt captivitatem Babylonicam, figuris literarum Chaldaicis, volumina ſacrorum Bibliorum univerſa deſcripſerit, hoc quò minus credam, moveor conjectura, minus fallace, ex Daniele cap. 1, v. 4. ubi Propheta, cum ſuis ſociis in Chaldæam poſtquam tralatus fuit, minimè adhuc minorennes quidam pueri ἀναλφάβητα· ſive plebei, ſed adoleſcentes feruntur fuiſſe eruditi, verbis hiſce: אֲשֶׁר מַשְׂכִּילִים בְּכָל־חָכְמָה וְיֹדְעֵי דַעַת וּמְבִינֵי מַדָּע׃ hoc eſt, qui intelligentes omnis ſapientiæ, prædititique noticia, & inſtructi intelligentia. Quo encomio, extra omnem dubitationis aleam, ſimul noticia legendi & ſcribendi ſcripturam *Hebraicam*, incluſa fuit, quam ſecum Babylonem pii illi adoleſcentes detulére. Jam verò Danielem, ſedulum ubi egit profeſſorem, in ſua Academia Ecbatanica, Medorum Metropoli, eundem etiam principia ſcripturæ ſuæ *Hebraicæ*, illuc promoviſſe, ibidemque publicè docuiſſe, quis, quæſo, noſtrum etiam ſubdubitabit? Tranſportatus autem Da-

Daniel in Chaldæã,(Anno Mundi 3342, juxta computum Calviſianũ, vel 3350, juxta Altſtedium, recentiorem Chronologũ) ibidem uſq; ad obitũ Cyri, floruiſſe fertur annis circiter 78, ſub quo Cyro laxata fuit Judæis captivitas, iiſdemq; poteſtas in Judæam, ſuam terram patriam, redeundi, templumq; reparandi ab eodem conceſſa fuit, teſte libr. 2. Chron. cap. 36, v. 1. 22. Edſræ cap. 1. & 2. Impeditur autem, aſtu hoſtium Judaicorum, reſtauratio illa templi & urbis *H*ieroſ. Edſræ c. 4. Continuatur verò iterum, indultu Darii Nothi, ejuſdemque imperii anno ſexto templum abſolvitur Edſræ 6, v. 15. Et tandem anno ſeptimo Artaxerxis Mnemonis, Edſra proficiſcitur *H*ieroſolymam, Edſræ 7. à v. 1. Siccine igitur ſpacio centenorum & triginta annorum (qui intra Zorobabelem & Edſram præterfluxere) omnem paternæ, imò ab ipſius Dei digitis profectæ Scripturæ, memoriam depoſuiſſe Judæos, narranti credam? Abſit. Ægyptiaca enim, longè diuturnior ſervitus, ſc. annorum 430. tantam oblivionem in animis Judæorum, minimè efficere potuit: imò, nec eorundem diſperſio, in omnes mundi angulos facta, atque etiamnum, ultra 1570. annos durans, conſimilem ἐπιλήσμην ſive oblivionem Orthographias paternæ, in mentibus eorundem cauſare potuit. Quod concernit teſtimonium Gvilhelmi Poſtelli, ad illud reſpondeo, quòd abſq; omni dubio ſententiam illam ſuam, ab ipſis Samaritis modernis (illa enim & reliqua, cùm Orientalia, tùm Meridionalia loca ſedulus peragravit) qui ſunt colluvies omnium gentium, unde iidem Judæis [illegible] Cuthæi, & Arabibus סאמרי dicuntur, hauſerit. Jam verò Scaliger, in Computo ſuo Sa-

maritico, de eadem gente ſcribit, quòd hodie ſit ſupra Judaicam totius vetuſtatis, etiam quæ ad ipſos pertinet, ignariſſima. Credat igitur illis, & in hac cauſa, Judæus Apella, non ego Crineſius.

5. Cauſam tandem quod attinet, à Caſparo Waſero pag. 62. allegatam, ſcil. reliquos Judæos, ob ſeceſſionem X. tribuum, partim odio ejuſdem ſeceſſionis, partim ſuperſtitione, eis non modò nullo ſacrorum uſu communicare; ſed ne characterum quidem formas atque figuras eaſdem retinere voluiſſe, ſed formam, Grammaticis dictam מְרֻבָּע quadratam, Rabinis verò כְּתִיבָה גְדוֹלָה hoc eſt, ſcripturam majorem, excogitaſſe. Ratio, inquam, præſens, ficulnea atque admodum infirma eſt. Nuſpiam enim de regno Judaico legimus, quod tale quid, ex odio, fecerit, quin potius ſemper in id incubuit, ut ad ſe iterum X illas tribus avulſas, reduceret, unde temporibus in ſequentibus apoſtaſiam, ſeſe magis magiſque ad illorum (malùm) cultum accommodârunt, bellaque graviſſima invicem geſſerunt, uſque tandem regnum Iſraël univerſum, à Rege Aſſyrio Schalmanaſſare, occupatum, incolæ captivi in Aſſyriam ducebantur, unde nunquam redierunt, conteſtantibus ſcripturis ſacris, 2 Reg. 17, verſ. 23. cap. 18, verſ. 11. Interim regnum Judæ adhuc 140. annis ſuos habuit reges; poſtquam verò tandem à Babyloniis etiam ipſa tribus Juda fuit capta & abacta, & viciſſim poſt 70. annos in priſtinum regnũ Judææ remiſſa, in quæ tempora incidit Edſras, ibi non ampliùs opus fuit zelo illo contra Iſraëlitas, ſuperiores Apoſtatas: In terra enim Samaritica tunc,

tunc, partim merus Gentiliſmus, partim Syncretiſmus quidam ex Judaica & Ethnica religione conflatus, viguit.

6. Et, ſi quædam ſpontanea mutatio priſtinæ ſcripturæ *Hebraicæ* hic erit concedenda, exiſtimo illam potius de Apoſtatis Iſraëlitis X tribuum eſſe præſumendam, quam de Judæis ſpecialiter ſic dictis. Si enim illorum anteſignanus Jeroboam, auſus eſt formam Religionis diviniſſimæ immutare, uti videre eſt 1 Reg. 12, à v. 26 ad finem uſque. Quidni levior hic auſus, in aſſumendis peregrinis, vel etjam noviter à ſeipſo effictis & pictis literis, eidem adjudicari poterit? Aſt, patroni contrariæ ſententiæ (qualis etiam eſt Waſerus, loco nuper allegato) pro ſe Siclos quoſdam afferunt Judaicos, literis inſignitos Samariticis, unde Samaritarum ſcripturam antiquiorem evincere volunt *Hebraicâ* etiamnum uſitatâ? Verum, iſtiusmodi Sicli, plus non probant, quàm aliâs lapides μνημονευτικοὶ, puram aliquam Linguam, commonſtrare poſſunt. Etenim nemini hominum conſtat, publiconè mandato, an verò privato facto, iſtiuſmodi numi ſint cuſi aut fuſi. Ego ſanè poſterius præ priore ſtatuerem: ſiquidem nullius Regis, ducis aut ſummi ſacerdotis, in iisdem fit mentio, quod aliàs gentilitium eſt omnibus regnis ut numis loci Magiſtratus vel effigies, vel nomen duntaxat inſcribatur, quod neminem negaturum fore ſpero.

7. Præterea ἐπιγραφὴ ſive inſcriptio cujusdam monetæ Samariticæ, quam Waſerus 2. loco exponit, ſimiliter nobiſcum conſentire videtur, quam literis tranſtulit *Hebraicis*, aſſeritque in una parte

ima-

imaginem Servatoris noſtri expreſſam fuiſſe, cum adſcripto nomine יֵשׁוּ Jeſchu, contractè, pro explicito יֵשׁוּעַ Jeſchua, per apocopen, abjecto Ajin, more veteribus uſitato, eò quod, ex mente Eliæ Thisbitæ, litera ע Ajin ardua ſit, ac difficilis pronunciatu gentibus (Id quod ἀμυντηρίου ἕνεκεν heic adductum volo contra Crineſiomaſtigas meos, qui tùm in Grammatica mea Syriſca, pag. B. 2. f. b. §. I. tùm in aliis meis impreſſis & Manuſcriptis pagellis, ſimiliter nomen Jesus noſtri abs me expreſſum, falsè deridere, miſereque apud alios, horum potiſſimum ſtudiorum ignaros, idipſum traducere aſſolent.) Facie autem verſâ, ſequentia verba invenit:

מְשִׁיחַ מֶלֶךְ בָּא בְּשָׁלוֹם אֱלֹהִים אָדָם עָשׂוּי׃

hoc eſt, Meſſias ſive unctus Rex venit cum pace (pacificus) Deus *Homo* Factus est. Quæ, ut de Meſſia noſtro θεανθρώπῳ veriſſima, ita & alieniſſima ſunt à conſenſu gubernatorum Jeruſchalamitanorum, penes quos fuit libertas excudendi monetas. Si modò amplius eo tempore, hæc poteſtas penes Judæos fuit integra, quod difficulter Waſero (pag. 66. f. b. libri prænominati) credere poſſum; ſed facilius adducor, ut ſtatuam iſtiusmodi monetas à piis inter Samaritanos & Chriſti-fideles, privatim procuratas, invicem, μνήμης, ἀγάπης καὶ φιλίας χάριν, fuiſſe oblatas. Interim, ſi diverſum ſentientes, monetam ſimilem, ſimilibus literis Samariticis, à Rege quopiam Judaico, ſive Davide, Salomone, alioŭe, in tribu illa, ſpecialiter dicta Judaica, procuratam protulerint, tunc aliquid contra & apud nos obtinebunt.

Equi-

8. Equidem Siclum Scripturâ tritâ etiamnum Hebraicâ, video Waſerum allegare in ordine ſuo ſextum pag. 72. qui Davidis ejuſdemque filii Salomonis nomina refert, inſcriptione ex unâ parte iſthac יְרוּשָׁלַם עִיר הַקֹּדֶשׁ: Jerúſchaláim Ir *Hak*-kódéſch, h. e. Jeruſalem urbs ſanctitatis vel ſancta. In alterâ verò parte, leguntur talia דָּוִד הַמֶּלֶךְ וּבְנוֹ שְׁלֹמֹה הַמֶּלֶךְ: hoc eſt, David Rex, & filius ejus Schelómoh Rex. Quæ nomina ſunt duorum fortiſſimorum, potentiſſimorum & ſapientiſſimorum Regum, quotquot unquam in orbe fuerunt, propria. Ex hac itaque inſcriptione, literis Eberinis factâ, ego contrarium potius colligo, nempe priſtinis ſeculis, defectionem Iſraëliticam antegreſſis, non Samariticas, quas hodie ſic vocamus, ſed quadratas *Hebræorum* figuras, in univerſo populo DEI uſitatas fuiſſe. Quid quod? monſtrifera literarum formæ, videntur non levem aliquam injuriam inferre ſapientiſſimo DEI digito, bis legem ſuam tabulis lapideis inſcribenti, ſcilicet Exodi 32, v.16. & Cap. 34, v. 28. quam dein Moſche in ſuum librum authenticum, inſerere juſſus eſt Exodi 34, v. 27 Tandem, ipſi characteres Samaritici, ortus ſui principium videntur agnoſcere partim Hebræam, partim Scripturam Syriſcam, eamque utramque, interdum quibusdam virgulis vel additis, vel longius extenſis, inciſis, inverſis, abſciſſis, vel etiã nonnullis literis tranſpoſitis: tertia & quarta, quarum illa Hebręis eſt quarta, hęc Syris tertia. Itẽ Beth Syro in Phe, & Phe in locum Beth collocato: aliàs enim & hæ duæ apud Hebræos eodem inſtrumento oris prola-

tæ, Bumaph nuncupantur. Ut itaque Samaritana plurimum à Syra: ita & hæc ab Hebræa viciſſim dependet, ſicut ex oppoſitione Alphabeti quintuplicis cap. 2. ſequentis, quivis colligere poterit.

MEMBRUM II.

## DE CONSONANTIBUS.

9. Alphabethum Samariticum tot conſtat literis quæ Hebræorum, omnium aliarum Scripturarum primum, nempe viginti duabus, quæ ſimiliter à dextra ſiniſtram verſus, ſcribuntur & leguntur.

10. Formam autem literarum earundem hactenus vidi geminam, *Unam impreſſam*, apud Joſephum Scaligerum, in Indice vocum Orientalium, libris de Emendatione temporum ſubnexo.

11. Et apud Bellarminum ſub finem ejusdem Grammatices Hebrææ, editionis Colonienſis,

12. Adde ſis etiam Siclos Waſerianos, ex libro 2. c.3. de Numiſm. Hebræorum.

13. Verùm horum trium auctorum ſcriptio, in quibuſdam literis, nunc totaliter, ut in Aleph, Jod, Zade, Kuph, nunc partialiter in Vav, Mem, Thau, diſconveniunt, ſicuti ex collatione eorum is, cui libri ſunt ad manus, videre poteſt.

14. *Alteram verò Manuſcriptam*, in folio quopiam membraneo, nuper ex Oriente, per Excellentiſſimum Dn Jacobum Fezerum, II. J.D. & Conſiliarium Noricum, allatam.

15. Utramq; verò illam, ad primævum Hebræorum Alphabethum revocatam, & trium aliarum linguarum Orientalium literis amplificatam, in ſchemate propono ſubſequente.

## 16. ALPHABETHUM.

| Samarit: Impreſ: | Samarit: MS | Æthiop: | Arabic: Fin. | Arabic: Med. | Arabic: Init. | Syriac: Maj. | Syriac: Min. | Hebraicum | Numer. Lectio |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ࠀ | ࠀ | አ | ـا | ـا | ا | ܐ | ܐ | א | 1. Conſonat vocali adſcripta. |
| ࠁ | ࠁ | በ | ـب | ـبـ | بـ | ܒ | ܒ | ב | 2. bh. β græcor. |
| ࠂ | ࠂ | ገ | ـج | ـجـ | جـ | ܓ | ܓ | ג | 3. gh. γ græcor. |
| ࠃ | ࠃ | ደ | ـد | ـد | د | ܕ | ܕ | ד | 4. dh. |
| ࠄ | ࠄ | ሀ | ـه | ـهـ | هـ | ܗ | ܗ | ה | 5. h. |
| ࠅ | ࠅ | ወ | ـو | ـو | و | ܘ | ܘ | ו | 6. vf |
| ࠆ | ࠆ | ዘ | ـز | ـز | ز | ܙ | ܙ | ז | 7. ds. |
| ࠇ | ࠇ | ሐ | ـح | ـحـ | حـ | ܚ | ܚ | ח | 8. ch. χ græc. |
| ࠈ | ࠈ | ጠ | ـط | ـطـ | طـ | ܛ | ܛ | ט | 9. t. |
| ࠉ | ࠉ | የ | ـي | ـيـ | يـ | ܝ | ܝ | י | 10. j. Conſona. |
| ࠊ | ࠊ | ከ | ـك | ـكـ | كـ | ܟ | ܟ | כ ך | 20. ch. |
| ࠋ | ࠋ | ለ | ـل | ـلـ | لـ | ܠ | ܠ | ל | 30. l. |
| ࠌ | ࠌ | መ | ـم | ـمـ | مـ | ܡ | ܡ | מ ם | 40. m. |
| ࠍ | ࠍ | ነ | ـن | ـنـ | نـ | ܢ | ܢ | נ ן | 50. n. |
| ࠎ | ࠎ | ሰ | ـس | ـسـ | سـ | ܣ | ܣ | ס | 60. s. |
| ࠏ | ࠏ | ዐ | ـع | ـعـ | عـ | ܥ | ܥ | ע | 70. Conſonat vocali adſcripta. |
| ࠐ | ࠐ | ፈ | ـف | ـفـ | فـ | ܦ | ܦ | פ ף | 80. ph. φ græcor. |
| ࠑ | ࠑ | ጸ ፀ | ـص | ـصـ | صـ | ܨ | ܨ | צ ץ | 90. z ts |
| ࠒ | ࠒ | ቀ | ـق | ـقـ | قـ | ܩ | ܩ | ק | 100. k. q. |
| ࠓ | ࠓ | ረ | ـر | ـر | ر | ܪ | ܪ | ר | 200. r |
| ࠔ | ࠔ | ሠ | ـش | ـشـ | شـ | ܫ | ܫ | ש | 300. ſch. |
| ࠕ | ࠕ | ተ | ـت | ـتـ | تـ | ܬ | ܬ | ת | 400. th. θ græc. |

Conſcribebat M. Chriſtoph: Crineſius SlaccoWaldo-Bohemus, S.æ Theol. et Profes. Publicus ac Diaconus Altdorphi Noric.

NOTÆ DUÆ.

17. I. *Hac* ſuâ formâ tùm in principio, tùm medio & fine dictionum, conſtanter pinguntur literæ omnes.

18. II. In dictionibus tritis & notis, nonnullas conſonas & ſyllabas omittere ſolet computus Samariticus apud Scaligerum, ut: linea 3. Elohe haeloh vaad. haado. pro haelohim vaadon haadonim, hoc eſt, DEUS Deorum, & dominus dominorum. Linea 4. haggad. vehag. vehanno, pro: haggadol vehaggibbor vehannora, h. e. magnus, fortis & terribilis, &c.

MEM-

## MEMBRUM III.

## DE VOCALIBUS ET PUNCTIS diſcretivis.

19. I. Vocalium notas, in Scriptura noſtra Samaritica necdum vidi ullas; ſed ex analogia Hebræorum ſonus earundem eſt adſciſcendus.

20. II. Punctorum verò diſcretivorum, aliud nuncupo eſſe dictionum, aliud ſententiarum.

21. *Dictionum*; ad præcavendam confuſionem plurium dictionum in unam; poſt unam quamvis dictionem punctum, juxta dictionum baſin, medium, potiſſimum tamen ad caput literarum, uti in MS. deprehendi, adſcribere ſolent, dum aliàs nullis diſtinctis literis finalibus, neque etiam dilatatis, à ſe invicem diſcerni queunt.

22. *In ſententiis* verò, Latinorum commata, cola, puncta, expreſſa Hebræis per Rebia, Dſakeph katon, Sægolah, Athnach, Siluck, cum Euphonico accentu Soph paſuk, uſurpant indifferenter punctulos duos, hoc modo ad caput dictionum collocatos: quibus in periodo perfecta quandoque inſuper addunt hoc ſignum :-~ Nonnunquam unico puncto illud abſolvunt, uti fit in Computo Samaritico apud Scaligerum.

23. III. *Diæreſin* ſyllabarum evitaturi, diſtrahunt in fine linearum dictionem ultimam, ut תִּזְ בַּח Tids-bach, mactabis, Devt 12 15. &c.

## MEMBRUM IV.

## DE SYLLABARUM COLLECTIONE.

*Praxeos loco, allubeſcit adſcribere ex Devt. 12, v. 13.*

Deuteronomy 12 versu

[illegible] 13
[illegible] 14 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] 15 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] 16 [illegible]
[illegible] —-
[illegible] 17
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] 18
[illegible]
[illegible] *Inter-*

*Interpretatio Hebræa & Latina.*

quem ,loco omni in tuas aſcenſiones aſcendere facias ne ,tibi Obſervare

13. הִשָּׁמֶר לְךָ פֶּן־תַּעֲלֶה עֹלֹתֶיךָ בְּכָל־מָקוֹם אֲשֶׁר

una in Dominus elegerit quem loco in Quinimo videbis

תִּרְאֶה׃ 14. כִּי אִם־בַּמָּקוֹם אֲשֶׁר יִבְחַר יְהוָה בְּאַחַד

ego quæ omnia facies ibi & tuas aſcenſiones aſcendere facies illic ,tuarū tribuū

שְׁבָטֶיךָ שָׁם תַּעֲלֶה עֹלֹתֶיךָ וְשָׁם תַּעֲשֶׂה כֹּל אֲשֶׁר אָנֹכִי

carnem comedes & ,mactabis tuæ animæ deſiderio omni in Tantumodo .tibi præcipiens

מְצַוֶּךָּ׃ 15. רַק בְּכָל־אַוַּת נַפְשְׁךָ תִּזְבַּח וְאָכַלְתָּ בָשָׂר

tuis portu omnibus in ;tibi dederit quam ,tui Dei Domini benedictionē ſecundū

כְּבִרְכַּת יְהוָה אֱלֹהֶיךָ אֲשֶׁר נָתַן־לְךָ בְּכָל־שְׁעָרֶיךָ

Tantum .cervum ſicut & ,capream ſicut ,eam comedet mundus & immundus

הַטָּמֵא וְהַטָּהוֹר יֹאכְלֶנּוּ כַּצְּבִי וְכָאַיָּל׃ 16. רַק

Non .aquas ſicut illum effundetis terram ſuper :comedetis non ſanguinem

הַדָּם לֹא תֹאכֵלוּ עַל־הָאָרֶץ תִּשְׁפְּכֶנּוּ כַּמָּיִם׃ 17. לֹא־

recentis olei & ,tui muſti & ,tui frumenti decimam tuis portis in comedere poteris

תוּכַל לֶאֱכֹל בִּשְׁעָרֶיךָ מַעְשַׂר דְּגָנְךָ וְתִירֹשְׁךָ וְיִצְהָרֶךָ

,tua ſpontanea & ,voveris quæ tua vota omnia & ,tui pecoris & ,tui bovis primogenita &

וּבְכֹרֹת בְּקָרְךָ וְצֹאנֶךָ וְכָל־נְדָרֶיךָ אֲשֶׁר תִּדֹּר וְנִדְבֹתֶיךָ

,eam comedes tui Dei Domini facies ad Quinimo .tuæ manus oblationem &

וּתְרוּמַת יָדֶךָ׃ 18. כִּי אִם־לִפְנֵי יְהוָה אֱלֹהֶיךָ תֹּאכְלֶנּוּ

,tua filia & ,tu' filius & ,tu ,eo in tuus Deus Dominus elegerit quem loco in

בַּמָּקוֹם אֲשֶׁר יִבְחַר יְהוָה אֱלֹהֶיךָ בּוֹ אַתָּה וּבִנְךָ וּבִתֶּךָ

facies ad lætaberis & :tuis portis in qui ,Levita & ,tua ancilla & ,tuus ſervus &

וְעַבְדְּךָ וַאֲמָתֶךָ וְהַלֵּוִי אֲשֶׁר בִּשְׁעָרֶיךָ וְשָׂמַחְתָּ לִפְנֵי

,tuarum manuum miſſione omni in tui Dei Domini

יְהוָה אֱלֹהֶיךָ בְּכֹל מִשְׁלַח יָדֶךָ׃

## CAP. III.

## DE PARTIBUS CONSTITUTIVIS *ſive eſſentialibus Linguæ Hebraicæ.*

1. EXPEDITO ſic ζητήματι primo, ſcilicet de primævis & genuinis characteribus Eberinis; nunc alterum quoque, quod partes ſcripturam Hebręam eſſentialiter conſtituentes inveſtigat, examinandum venit.

2. Heic nos ex natura rerum è quibus conceptus abſtrahuntur primi, qui poſtmodum λόγῳ προφορικῷ cum aliis præſentibus communicantur, abſentibus verò Scripturâ traduntur, dicimus, quòd, veluti in homine, κτισμάτων omnium perfectiſſimo, tria dantur, videlicet אִיךְ, רוּחַ, כֶּבֶשׁ hoc eſt, Anima, Spiritus & Corpus: ita & in ſcriptura, animi indice, totidem ſunt partes concurrentes ad unum ἀποτέλεσμα, nempe: Vocales, Conſonantes & Accentus, Ariſtot. lib. 1. de Interpretatione. Capnio lib. 3 Cabalæ p. 650.

3. Numerant autem Hebræi noſtri vocales quindecim, eaſque diſpeſcunt in *Longas*, *Breves* & *Breviſſimas*.

*Longarum ſunt quinque ſcilicet:*

| | | |
|---|---|---|
| Kaméz | ָ | A |
| Zeri | ֵ | E |
| Chirék magnum | ִי | I |

Vav

| | | |
|---|---|---|
| Vav Chólem | וֹ | O |
| Vav ſchúrek | וּ | V |

*Breves iisdem ſunt quinq;*

| | | |
|---|---|---|
| Páthach | ַ | A |
| Segól | ֶ | E |
| Hirék parvum | ִ | I |
| Kaméz chatúph | ָ | O |
| Kibbúz | ֻ | ü |

*Breviſſimæ totidem ſunt:*

| | | |
|---|---|---|
| Páthach genuſsá | ַ | A * |
| Cháteph pathach | ֲ | A |
| Schevá | ְ | E |
| Chatéph Segól | ֱ | E |
| Chatéph Kaméz | ֳ | O. |

* Scribitur in fine dictionum ſub gutturalibus, atq; ante Conſonam ſuam enunciatur, ut מָשִׁיחַ, legitur Maſchiach, Meſſias.

4. Formam & animam quaſi ſcripturæ inſtillant Vocales, id quod etiam nomen earundem demonſtrare poſſet: ſiquidem eædem Hebræis, à proprio iſthoc ſuo officio, dicuntur תְּנוּעוֹת Tenuóth, hoc eſt, motiones, eò quod literas ſive conſonas, ſono addito, moveant per pronunciationem, uti Buxdorfius loquitur.

5. Unde eædem à Græcis non immeritò τὰ φωνήεντα, conſonæ verò per ſeſe ἄφωνα, cum his autem σύμφωνα nuncupantur; eò quòd per ſeſe nullo modo poſſint proferri, ſed demum accedentibus vocalibus, conſonantiam efficiant optimam & debitam.

6 Prout etiam Ariſtoteles teſtatur, ſcribens: Διάλεκτος δ' ἡ τῆς φωνῆς ἐστὶ τῇ γλώττῃ διάρθρωσις. τὰ μὲν οὖν φωνήεντα, ἡ φωνὴ καὶ ὁ λάρυγξ ἀφίησιν, ὅσα δ' ἄφωνα, ἡ γλῶττα καὶ χείλη. ἐξ ὧν ἡ διάλεκτός ἐστι. quod eſt

7. Locutio, eſt vocis per Linguam explanatio. Vocales igitur literæ à voce, & gutture, conſonantes Lingua & labris proferuntur, è quibus locutio eſt.

8. Et hoc eſt officium Vocalium, ἐν τῇ φωνῇ terminatum, aliud, & nobilius, earundem eſt ἐν τῇ διανοίᾳ indicanda, *dum perſpicuitatem ſignificationibus afferunt, ortumque vocabulorum commonſtrant.*

9. Illius exemplum apparet etiam in tritiſſima dictione דבר, quæ, punctis vocalibus deſtitu a omnibus & verbaliter & nominaliter moveri poteſt, & quidem Kal per דּוֹבֵר loquens, דָּבַר loquutum fuit. In Piel, frequentativæ & intenſivæ ſignificationis per דִּבֵּר dixit, edixit, elocutus eſt, recenſuit.

10. Vel nominaliter, per τὸ דָּבָר verbum, דִּבֵּר loquela, דֶּבֶר peſtis, דֹּבֶר ductus, & Metalepticè ovile, caulum.

11. Similiter אחים, punctatum in prima ſyllaba per pathach, legitur אַחִים Achím, fratres, aſt, per cholem in eadem, movebitur אֹחִים Ochim, quod animalia noxia ſignificat.

12. Sic זכר, per geminum Kamez ſcriptum, זָכָר maſculum, verum per duplicatum ſægol זֶכֶר ſignificat memoriam.

13. Conjunctìm officium hoc egregiè in verbis imperfectis elucеſcit: ibi enim frequenter activum à paſſivo, ſola punctatione, diſcernitur, ut in יקרא,

aliud

aliud eſt ſi legeris יִקָּרֵא vocabitur, & יִקְרָא vocabit, Eſaiæ 9, v 5.

14. Quibus non obſervatis, propoſitionum lux valde obſcuratur, & ſubjectum, de quo quid prædicatur, obnubilatur.

15. Ita etiam literæ verborum, implicite Quieſcentium auxilio longarum vocalium, exactè inveſtigari poſſunt, ut בָּן, verbum monoſyllabicum, cognoſcitur ex ָ Kamez, mediam Radicalem (aliàs enim certum eſt, quamvis Radicem Hebræorum tribus conſtans literis conſonans) eſſe vel י Jod, vel ו Vav: talia enim ſunt omnia verba monoſyllabica. Teſtor heic omnes Lexicographos Eberinos, & Grammaticos.

16. Et hæ tres ſunt rationes principaliores, auctoritatem parem & principium idem, quod γραμμάτων ſive conſonantium eſt, vocalibus deferentes, quibus alia ab eximiis, in Hebraica literatura noſtri ſeculi Doctoribus adduntur, deſumptæ ex malo effecto ſententiæ Negativæ.

17. Scilicet ex negantium parte 1. Scriptura Sacra obſcurabitur, 2. Incerta reddetur. 3. Divinationibus exponetur meris. 4. Hoſtibus depravanda præparabitur. 5. Traditionibus mancipabitur. 6. Veneranda & pia Judæorum antiquitas aut ignorantiæ, aut invidiæ accuſabitur. 7. Animi hominum dubitationibus immergentur. 8. Omnes aliæ, etiam infimi generis, & ex hac noſtra prognatæ Linguæ, Hebrææ præferentur. Vide ſis hæc eadem in partitionibus Bibliorum Hebraicorum M. Laurentii Fabricii, præceptoris olim mei ter venerandi, c. 2. & Buxdorfium in ſui Theſauri Grammatici Editione prima lib. 1. c. 5.

18. Ac licet aliud detur, & quidem haud leve μέσον intelligendi Scripturas Sacras, συνάφεια textus, dum ἡγούμενα & ἑπόμενα κατ' ἀκριβέστερον inter ſeſe conferuntur, & inde τῶν μέσων cõcluditur vis & ſenſus genuinus. Quem interpretandi modum omnibus aliis præferentes uti perſuaſi, imò & expertes ſumus ipſi, ita aliis quoque eundem obſervandum commendamus.

19. Verùm, quia de propoſitionibus nullo modo judicare poſſum, niſi prius ejusdem partes, quæ ſunt Subjectum & prædicatum, percalleam, ita multò minus de integra oratione.

20. Δεῖ γὰρ πρῶτον, inquit Ariſtoteles, θέσθαι τί ὄνομα ἐστὶ καὶ τί ῥῆμα, ἔπειτα τί ἐστιν ἀπόφασις καὶ κατάφασις. In hiſtoria Animalium Δ. κεφ Θ.

21. Hinc etiam Plato, primos gradus ad rei cognitionem nominat ὄνομα καὶ λόγον, eò quòd ὄνομα ſit δήλωμα καὶ μίμημα τοῦ πράγματος.

22. Paradigmatis loco ſit nobis inciſum ultimum v. 8, c. 40. Eſaiæ: ודבר אלהינו יקום לעולם:

23. Hoc autem in membro occurrit dictio illa, abſentibus punctis valdè ἀμφίβολος דבר. Et hoc tu mihi interpretare? ſed remotis & non inſpectis interpretationibus aliis omnibus, quibus etiam δευτέρως tantummodò creditur. Nonne utrumque & דֶּבֶר peſtis, & דָּבָר verbum, ſubſiſtere h. l. poſſe videbitur?

24. Videbitur ſanè, (licet revera non ſit concedendum) ex cohærentia verſus 6. 7. 8 Utiquè gramen eſt populus. Exareſcit gramen, decidit flos, & peſtis (id eſt pœna: ſæpius enim aliâs ſpecies loco ge-

coge-

co generis poni ſolet ) DEI noſtri permanebit in ſeculum.

25. Quia (verſu 11.) ecce Dominus Jehovah in fortitudine veniet. & brachium ejus dominaturum eſt in illo: Ecce merces illius apud ipſum, & opus illius coram ipſo eſt.

26. Sic igitur Propheta לְעוֹלָם, in æternum, aut in ſeculum nimis longùm, deſcriberet Judæis ultimum exſilium afflictionemque diutiſſimam, quandoquidem DEO, poſt toties iteratam & innumeram defectionem, nimium fuerint immorigeri, qualem afflictionem Judæorum etiam Apoſtolus Paulus cap. 11. Rom. videtur innuere.

27. Et ipſimet Judæi, ex vaticinio Jacobéo (ſed detortor vocabulo שֵׁבֶט h. e. ſceptro, pro afflictione ſumpto) dicunt ſeſe in tali exſulio, in quo jam ſunt, permanſuros uſque ad adventum ſui Meſſiæ.

Hæc ambiguitas & depravata ſententia ex abſentia vocalium ſuboriri poteſt, verùm illis, uti diximus, & divinitus ipſæ exaratæ exſtant hoc loco per geminatum Kamez, in דָּבָר, eoque in conſtructione allevato per דְּבַר, quid concinnius, quid magis nobis miſellis homunculionibus πληροφορεῖν, à Propheta dici ſcribive potuiſſet, quam VERBUM DEI NOSTRI STABIT IN ÆTERNUM, quùm ſcriptura Eberina iſtiuſmodi ſuis h. l. punctis genuinis afficietur & legetur per וּדְבַר אֱלֹהֵינוּ יָקוּם לְעוֹלָם údbhar Elohéiú jakúm leolám.

28. Et hæc pauxilla dicta ſunto, de Vocalium antiquitate & auctoritate, quantum anguſtia temporis nunc nobis conceſſit, fortean erit olim tem-

pus, ubi pluribus hæc eadem erimus pertractaturi, in quibus etiam ἐνςάσεις adverſæ partis examinabimus; jam ad δεῖξις Conſonantium tranſitum faciemus.

29. Conſonantes autem, quæ *Hebræis* noſtris אוֹתִיּוֹת ſive ſigna dicuntur, & in כְּתִיבָה ſive ſcriptione, materiæ reſpectum obtinent, ἀναμφισβητήτως utrinque conſtat, earum numerum eſſe viginti duarum, inter quas א Aleph primum, י Jod decimum, ת Tau, vicimiſum ſecundum occupat locum.

30. *Hunc* enim numerum & ordinem ipſe S. Sanctus in ſcriptis metricis demonſtratum nobis dedit.

31. In Pſalmis equidem ſepties, in quibus ferè tot verſus, vel inciſa ſunt, quot literæ Alphabeti eoſdem auſpicantes, veluti ſunt Pſalmus 25, 34, 37, 111. 112. 119. 145.

32. Et in Proverbiis cap. 31. à v. 10. auſpicante encomium ſtrenuæ & frugi conjugis, ad finem uſque verſus ordine Alphabetico auſpicia ſua ſortiuntur.

33. Similiter libri lamentorum Proph. Jeremiæ capita priora quatuor, ordine Alphabeti noſtri, conſcripta proſtant.

34. In his omnibus literæ, uti ſupra à nobis, ſub finem membri ſecundi capitis ſecundi, ſuo ſuo genuino valore, ritè collocantur, excepto tantum Pſalmo 25 ubi ר Reſch bis ponitur, omiſſo ק, & Thren. 2. פ Phe, ipſi literæ ע Ajin præmittitur.

35. Sin verò de valore illo meo literarum adſcripto ſub dubitare occipis, adi ſis, ex probatiſſimis noſtri

ſtri ſeculi Grammaticis, Johannem Druſium, Weiganmejerum, Schindlerum, Buxdorfium, alioſq;, & reapſe eundum apud illos invenies,

36. Voci denique Hebraicæ, duabus hiſce partibus, Vocalium ſcilicet Conſonorumque ritè conſtitutæ, & diſtincto ſono efferendæ, accidit Accentus, quem *Hebræi* generali & Metaphorico nomine טַעַם, ab effectu ſuo, hoc eſt, guſtum nominant, eò quòd dictionem ſuavem & auribus pergratam, imò ipſi etiam intellectui faciliorem, reddat, dum & certæ ſyllabæ in ipſa dictione imprimitur, & ſic totius vocis ſonum, qui uno potiſſimum in loco evidentiùs percipitur, legitimè moderatur, uti Buxdorfius loquitur.

37. Verùm, quotuplex ille ſit, & quæ nam ejus ſit ſedes, idipſum φιλέβραιος ex Tabulis Weiganmeieri accuratiſſimi, item Schindleri tractatu de Accentibus, & Buxdorfii Theſauro Grammatico, ſcriptoribus omnium ſolertiſſimis, repetat, & nullus ex conſuetudine Judæorum vulgari æſtimet. Aſt nos heic manum de tabula noſtra Eberina.

38. Attamen prius allubeſcit heic, in hac ipſa lingua Eberina, adſcribere *Orationem Dominicam*, ſicut eandem habet Elias *Hutterus* in ſuo Novo Teſtamento, Matthæi 6, à v. 9. ad 13. uſque.

*tuum, nomen ſanctificetur cælis in qui noſter Pater*

אָבִינוּ אֲשֶׁר בַּשָּׁמַיִם יִקָּדֵשׁ שְׁמֶךָ :

*cælis in ſicut tua voluntas fiat tuum regnum veniat*

תָּבוֹא מַלְכוּתֶךָ יְהִי רְצוֹנְךָ כַּאֲשֶׁר בַּשָּׁמַיִם

*hodie, nobis da diei dimenſũ noſtrum panẽ terra, in ita etiam*

וְכֵן בָּאָרֶץ : לַחְמֵנוּ דְּבַר יוֹם תֵּן לָנוּ הַיּוֹם :

*Et*

*remittimus nos ſicut noſtra debita nobis remitte Et*

וּסְלַח לָנוּ אֶת־חוֹבוֹתֵינוּ כַּאֲשֶׁר אֲנַחְנוּ סוֹלְחִים

*tentationẽ in nos inducas ne Et noſtrorũ debitorũ dominis*

לְבַעֲלֵי חוֹבוֹתֵינוּ׃ וְאַל־תְּבִיאֵנוּ בְנִסָּיוֹן

*& regnum eſt tuum quia malo à nos libera ſed*

כִּי אִם תַּצִּילֵנוּ מֵרָע כִּי־לְךָ הַמַּלְכוּת

*Amen. ſeculorum ſecula in gloria & potentia*

וְהַגְּבוּרָה וְהַכָּבוֹד לְעוֹלְמִים וָעַד אָמֵן׃

## *CAP. IV.*

# DE FORMA LINGUARUM,

### quâ aliæ ab Hebræa dignoſcuntur ortæ, & in ſpecie de

## *CHALDAICA.*

1. LINGUAM HEBRÆAM PRImam primo Mundo, ad confuſionem uſque Babylonicam, veram & ſolam vernaculam fuiſſe, ſupra, capite primo, firmiſſimis rationibus evicimus; nunc de aliis ex eadem, per confuſionem, obortis, σὺν θεῷ καὶ τῷ, breviſſimis agemus.

2. Linguas autem præcipuas conſideraturi, diſpeſcimus eaſdem in claſſes duas: In Orientales & Occidentales.

3. Orien-

3. Orientales nuncupamus, præter Hebræam, Chaldaicam Syriacam, Arabicam, Perſicam, Abyſſinam ſive Æthiopicam, quæ omnes (exceptâ ultimâ Abyſſinenſium, noſtrarum Occidentalium ductum imitante) à dextra ſiniſtram verſus, more Hebræorum, ſcribuntur & leguntur.

4. Chaldaica autem Lingua, Hebrææ omnium viciniſſima, (teſte Mercero, in præfat. Tabularum ſuarum Chaldaicarum & Caſparo Waſero in Geſneri Mithridate, pag. 101. f. b.) in ſuo territorio, ubi orta fuit, permanſit nempè in terra Sinear, regni Nimrodici, quod poſtmodum à Lingua gentis Chaldaicum vocabatur. Vide Bereſchith 10 v. 10. cap. 11, v. 28 31. Jechez cap. 11, v. 24. Daniel. 1, v. 2.

5. Nominantur autem Chaldæi ſuâ linguâ כַּשְׂדָּאִין & Emphaticé כַּשְׂדָּאֵי, Hebræis כַּשְׂדִּים q. d. divini, ſive divinandi arte periti: ea enim Chaldæi omnes alias nationes multis paraſangis antevertebant.

6. Hinc pro Mathematicis collocatur hoc nomen cap. 2, v. 2. Danielis.

7. Habent autem hoc nomen, uti arbitratur Johannes Druſius, lib. 11. cap. 16. ſuarum obſervationum, à כֶּשֶׂד filio Nachoris, fratris Abrahami, Gen. 22, v. 22. Tremellius verò in notis ad cap. 10 v. 22. Geneſ. dicit quoſdam per aphæreſin Chaldæos dictos voluiſſe ex אַרְפַּכְשַׁד Arphacſchad. Verum illud præ hocce veriſimilius eſſe judico.

8. Et hosce in ſtudiis ſolertiſſimos, peculiares characteres ſuam conſignandi linguam olim habuiſſe, non obſcurum erit colligere ex Daniel. cap. 1.

F v. 4.

v. 4. ubi pueri Judaici in Babylonem deducuntur לְלַמְּדָם סֵפֶר וּלְשׁוֹן כַּשְׂדִּים i. e. ad edocendos eos literas, & linguam Chaldæorum.

9. Verùm, eadem pictura, quæcunque tandem illa fuerit, demum à Judæis, (teſte Hieronymo in præfat. libr. Regum) è Babylonia reducibus cæpta eſt figuris *Hebraicis*, ſupra à nobis expreſſis, ſcribi & excoli.

10. Lingua verò hæc ab Hebræa, cui præ omnibus aliis maximè affinis eſt, (pluribus ſiquidem aliâs dictionibus Hebræorum utitur) [1.] vel mediante certâ quâpiam Dialecto dependet: [2.] vel peculiaribus quibusdam dictionibus, ab eadem non uſurpatis, aut non adeò frequentatis, abſolvitur.

11. Dialectus, quæ cognationem hujus ab *Hebræa* arctiſſimam demonſtrat, occupatur in duobus: *in diverſa dictionum flexione, & literarum non nullarum tranſmutatione.*

12. *Diverſitatem flexionis nuncupo eam*, quam communiter Declinationem & Conjugationem dicimus.

13. Nomina enim ſua Chaldæus flectens, variat in quibuſdam literis præfixis ab *Hebræis*: Genitivum enim litera דְּ daleth, Accuſativum præfixâ particulâ יַת־, ut דְּמֶלֶךְ pro *Hebræorum* הַמֶּלֶךְ Regis & יַת־מֶלֶךְ pro *Hebr.* אֶת־מֶלֶךְ Regem, cæteras verò πτώσεις cum Hebræis perficit.

14. Terminationes ſimiliter immutat: præter ſimplicem enim & abſolutam terminationem, aliam quoque adhibet, quam plerique Emphaticam,

nos verò cum Maſio (in Grammatica ejuſdem Syriaca, tractatu de Nomine) ſingularem, & Idiotiſmo Linguæ peculiarem nuncupamus, dum juxta מַלְכָּא, formâ planè ab *Hebræis* deſumptâ, dicitur etiam מַלְכָּא. Sic in plur. מַלְכִּין Reges, & Emphaticè ſive Idioticè מַלְכַּיָּא.

15. Similiter in genere fœmineo ſingulari צִדְקָא juſtitia, formatur inde pluralis צִדְקָן. In forma verò peculiari, ſingularis eſt צִדְקְתָא, pluralis autem צִדְקָתָא, ſola vocali Kamez ָ, pluralem à ſingulari, in penultima, diſcriminante.

16. Idem in vicariis nominibus, quæ aliâs dicuntur pronomina, item Verbis & dictionibus Syncategorematibus, demonſtrari poſſet.

17. *Transmutationē* autem *literarum*, cum Mercero (in Tabulis ſuis Chaldaicis & Syriacis) ſequente διαγράμματι exhibemus:

18. Principiò literæ tres Hebræorum אהוי, in Chaldaiſmo creberrimè etiam invicem permutantur, ut pro Hebræorum שְׁאוֹל, dicit Chaldæus שְׁיוֹל utrinque Infernus. Sic pro Hebr. ראשׁ caput, hæc dicit רֵישׁ & רֵישָׁא, eodem ſignificatu permanente.

19. Frequentatiſſimum hoc eſt, in verbis Imperfectis. Quienſcentibus Lamed, Aleph & He, in quæ unum verbum, triplicem etiam terminationem admittere ſolet, ut: חֲדִירִי, חֲדִיר & חֲדִירָא, ex Hebræorum חָדַר graviſſis fuit.

Similiter & הֲוָיָא & הֲוֵיהּ formatur ex He-

bræorum הוֹרה fuit.
ב transit in פ, ut פַּרְזֶל pro Hebr. בַּרְזֶל ferrum.
ד in ט, ut טַבָּא pro Hebr. דִּבָּה fama.
ז in ד, ut דְּהַב pro *Hebr.* זָהָב aurum.
ט in ן, ut טִין pro *Hebr.* טִיט lutum.
כ in ק, ut קְפַל pro Hebr. כָּפַל conduplicavit.
ל in ר, ut אַרְמְלָא pro אַלְמָנָה vidua.
ם in ן, ut מַלְכִין pro מְלָכִים Reges.
נ in ל, uti modò in nomine viduæ vidimus.
Et in ר, uti in נְבוּכַדְרֶאצַּר Nebucadnezar & nezar.
ס in שׂ, ut כְּנַשׂ pro כָּנַס collegit.
צ in א, ut אֲרַע & עֲרַע ex *Hebr.* קָרָה occurrit.
Et in ק, ut אֲרַקָא pro אַרְעָא trito ex אֶרֶץ terra.
צ in ט, ut קַיִט pro קַיִץ æſtas.
Et in ע, uti amodò vidimus in flexo אֶרֶץ terræ.
שׂ in ס, ut סְמַר pro שָׂמַר cuſtodivit.
Et in ט, ut קְטַר pro קָשַׁר ligavit.
Et in ת, ut תְּלָת pro שָׁלֹשׁ tres, tria.
שׂ in ס, ut עַסְרָא pro עֶשְׂרָה decem.
ת in ט, ut טְעָא pro תָּעָה erravit.

20. Hæc erat μεταβολὴ Dialecti Chaldaicæ ab Hebræa dependentis: cæterum Chaldæos plurimas dictiones uſurpare, quæ Hebræis, vel planè ignotæ, vel non adeò uſitatæ ſunt, ſupra diximus, & Lexica, ſcilicet Münſteri Dictionarium Chaldaicum, ejuſque Schiluſch Leſchonoth, Pagnini Chaldaicum, Buxdorffii Epitomen Radicum Hebraica-
rum

rum & Chaldaicarum, & mei Gymnaſii Concordantias Hagiographicas Chald. ex Daniele & Edſra nuper Norimbergæ typis & ſumptibus Simonis Halbmayeri, juris publici factas, Lexica, inquam, hujus noſtri effati teſtes compellamus.

21. Immò, ipſos fantes ſacros in Danielis Prophetica cap. 2.3.4.5.6.7. Edſræ 4.5.6.7. Jerem. verſum 11. cap. 10. & duabus dictionibus verſ. 47, cap. 31. Geneſeos, & quædam nomina in Eſthera, ex quibus etiam ſolis nuper meas allegatas Concordantias Chald. concinnavi.

22. In his enim exſuviis qs. quædam puri & antiquiſſimi Chaldaiſmi, αὐθεντικὰ verè θεόπνευστος nobis relicta fuit.

23. Vide ſis etiam, ſi lubet, alibi etiam quaſdam dictiones Chaldaicas poſitas, ut: Eſaiæ 14, verſ. 4. מַדְהֵבָה aurea. Jerem. 25, v. 26. מֶלֶךְ שֵׁשַׁךְ h. e. Rex feſta celebrans. Idem eſt capite 51, verſ. 41. Et Zach. 9, verſ. 1. אֶרֶץ חַדְרָךְ terra circumſtans. Junius tamen hoc Chadrach, agnoſcit pro voce Syriaca, quia Syri circum Judæam habitabant. Imò & ipſi Syri hoc nomine ſuam terram nominabant, teſte Forſtero, in ſuo Lexico Hebræo.

24 In iis autem reperies nomina, non tantum propria, ſed & appellativa, quæ ſuâ Radice, Hebræis dictâ שֹׁרֶשׁ, imò potiſſimum quantitate ſyllabarum (rariſſima enim compoſitio, exceptis nominibus propriis, in Hebraica literatura viſitur) plurimum ab Hebræis diſcedunt, ut אֲדַרְגָּזְרַיָּא Senatores ſive judices ſeu magnifici, Daniel 3 verſ 2. אַדְרַזְדָּא σπουδαίως, diligenter, Edſræ 7, v. 3. אַחְמְתָא Edſræ 6. verſ. 2. arca libraria. אֲחַשְׁדַּרְפְּנַיָּא Sa-

Deuteronomy 12 verſu

[illegible] 13
[illegible] 14 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] 15 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] 16 [illegible]
[illegible]
[illegible] 17
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] 18
[illegible]
[illegible] Inter-

*Interpretatio Hebræa & Latina.*

quem ,loco omni in tuas aſcenſiones aſcendere facias ne ,tibi Obſervare
13. הִשָּׁמֶר לְךָ פֶּן־תַּעֲלֶה עֹלֹתֶיךָ בְּכָל־מָקוֹם אֲשֶׁר
una in Dominus elegerit quem loco in Quinimo videbis
תִּרְאֶה׃ 14. כִּי אִם־בַּמָּקוֹם אֲשֶׁר יִבְחַר יְהוָה בְּאַחַד
ego quæ omnia facies ibi & tuas aſcenſiones aſcendere facies illic ,tuarũ tribuũ
שְׁבָטֶיךָ שָׁם תַּעֲלֶה עֹלֹתֶיךָ וְשָׁם תַּעֲשֶׂה כֹּל אֲשֶׁר אָנֹכִי
carnem comedes & ,mactabis tuæ animæ deſiderio omni in Tantummodo .tibi præcipiens
מְצַוֶּךָּ׃ 15 רַק בְּכָל־אַוַּת נַפְשְׁךָ תִּזְבַּח וְאָכַלְתָּ בָשָׂר
tuis portu omnibus in ,tibi dederit quam ,tui Dei Domini benedictionẽ ſecundũ
כְּבִרְכַּת יְהוָה אֱלֹהֶיךָ אֲשֶׁר נָתַן־לְךָ בְּכָל־שְׁעָרֶיךָ
Tantum .cervum ſicut & ,capream ſicut ,eam comedet mundus & immundus
הַטָּמֵא וְהַטָּהוֹר יֹאכְלֶנּוּ כַּצְּבִי וְכָאַיָּל׃ 16. רַק
Non .aquas ſicut illum effundetis terram ſuper :comedetis non ſanguinem
הַדָּם לֹא תֹאכֵלוּ עַל־הָאָרֶץ תִּשְׁפְּכֶנּוּ כַּמָּיִם׃ 17. לֹא־
recentis olei & ,tui muſti & ,tui frumenti decimam tuis portis in comedere poteris
תוּכַל לֶאֱכֹל בִּשְׁעָרֶיךָ מַעְשַׂר דְּגָנְךָ וְתִירֹשְׁךָ וְיִצְהָרֶךָ
,tua ſpontãea & ,voveris quæ tua vota omnia & ,tui pecoris & ,tui bovis primogenita &
וּבְכֹרֹת בְּקָרְךָ וְצֹאנֶךָ וְכָל־נְדָרֶיךָ אֲשֶׁר תִּדֹּר וְנִדְבֹתֶיךָ
,eam comedes tui Dei Domini facies ad Quinimo .tuæ manus ſublationem &
וּתְרוּמַת יָדֶךָ׃ 18. כִּי אִם־לִפְנֵי יְהוָה אֱלֹהֶיךָ תֹּאכְלֶנּוּ
,tua filia & ,tu' filius & ,tu ,eo in tuus Deus Dominus elegerit quem loco in
בַּמָּקוֹם אֲשֶׁר יִבְחַר יְהוָה אֱלֹהֶיךָ בּוֹ אַתָּה וּבִנְךָ וּבִתֶּךָ
facies ad lætaberis & ;tuis portis in qui ,Levita & ,tua ancilla & ,tuus ſervus &
וְעַבְדְּךָ וַאֲמָתֶךָ וְהַלֵּוִי אֲשֶׁר בִּשְׁעָרֶיךָ וְשָׂמַחְתָּ לִפְנֵי
.tuarum manuum miſſione omni in tui Dei Domini
יְהוָה אֱלֹהֶיךָ בְּכָל מִשְׁלַח יָדֶיךָ׃

CAP.

# CAP. III.

## DE PARTIBUS CONSTITUTIVIS ſive eſſentialibus Linguæ Hebraicæ.

1. EXPEDITO ſic ζητήματι primo, ſcilicet de primævis & genuinis characteribus Eberinis; nunc alterum quoque, quod partes ſcripturam Hebræam eſſentialiter conſtituentes inveſtigat, examinandum venit.

2. Heic nos ex natura rerum è quibus conceptus abſtrahuntur primi, qui poſtmodum λόγῳ προφορικῷ cum aliis præſentibus communicantur, abſentibus verò Scripturâ traduntur, dicimus, quòd, veluti in homine, κτισμάτων omnium perfectiſſimo, tria dantur, videlicet אִיךְ, רוּחַ, בָּשָׂר hoc eſt, Anima, Spiritus & Corpus: ita & in ſcriptura, animi indice, totidem ſunt partes concurrentes ad unum ἀποτέλεσμα, nempe: Vocales, Conſonantes & Accentus, Ariſtot. lib. 1. de Interpretatione. Capnio lib. 3. Cabalæ p. 650.

3. Numerant autem Hebræi noſtri vocales quindecim, eaſque diſpeſcunt in *Longas*, *Breves* & *Breviſſimas*.

*Longarum ſunt quinque ſcilicet:*

| | | |
|---|---|---|
| Kaméz | ָ | A |
| Zeri | ֵ | E |
| Chirék magnum | ִי | I |

Vav

| | | |
|---|---|---|
| Vav Chólem | ו‹ | O |
| Vav ſchúrek | וּ | V |

*Breves iiidem ſunt quinq;*

| | | |
|---|---|---|
| Páthach | - | A |
| Segól | ∴ | E |
| Hirék parvum | · | I |
| Kaméz chatúph | ⊤: | O |
| Kibbúz | ⋱ | ü |

*Breviſſimæ totidem ſunt:*

| | | |
|---|---|---|
| Páthach genuſsá | - | A * |
| Cháteph pathach | -: | A, |
| Schevá | : | E |
| Chatéph Segól | ∴: | E |
| Chatéph Kaméz | ⊤: | O. |

* Scribitur in fine dictionum ſub gutturalibus, atq; ante Conſonam ſuam enunciatur, ut מָשִׁיחַ, legitur Maſchiach, Meſſias.

4. Formam & animam quaſi ſcripturæ inſtillant Vocales, id quod etiam nomen earundem demonſtrare poſſet: ſiquidem eædem Hebræis, à proprio iſthoc ſuo officio, dicuntur תְּנוּעוֹת Tenuóth, hoc eſt, motiones, eò quod literas ſive conſonas, ſono addito, moveant per pronunciationem, uti Buxdorfius loquitur.

5. Unde eædem à Græcis non immeritò τὰ φωνήεντα, conſonæ verò per ſeſe ἄφωνα. cum his autem σύμφωνα, nuncupantur: eò quòd per ſeſe nullo modo poſſint proferri, ſed demum accedentibus vocalibus, conſonantiam efficiant optimam & debitam.

6. Prout etiam Ariſtoteles teſtatur, ſcribens: διάλεκτος δ' ἐστὶν ἡ τῆς φωνῆς ἐστὶ τῇ γλώττῃ διάρθρωσις. τὰ μὲν οὖν φωνήεντα, ἡ φωνὴ καὶ ὁ λάρυγξ ἀφίησιν, ὅσα δ' ἄφωνα, ἡ γλῶττα καὶ χείλη. ἐξ ὧν ἡ διάλεκτός ἐστι. quod eſt

7. Locutio, eſt vocis per Linguam explanatio. Vocales igitur literæ à voce, & gutture, conſonantes Lingua & labris proferuntur, è quibus locutio eſt.

8. Et hoc eſt officium Vocalium, ἐν τῇ φωνῇ terminatum, aliud, & nobilius, earundem eſt ἐν τῇ διανοίᾳ indicanda, *dum perſpicuitatem ſignificationibus afferunt, ortumque vocabulorum commonſtrant.*

9. Illius exemplum apparet etiam in tritiſſima dictione דבר, quæ, punctis vocalibus deſtitu a omnibus & verbaliter & nominaliter moveri poteſt, & quidem Kal per דֹּבֵר loquens, דָּבַר loquutum fuit. In Piel, frequentativæ & intenſivæ ſignificationis per דִּבֵּר dixit, edixit, elocutus eſt, recenſuit.

10. Vel nominaliter, per τὸ דָּבָר verbum, דְּבֹרָה lovela, דֶּבֶר peſtis, דֹּבֶר ductus, & Metaleptice ovile, caulum.

11. Similiter אחים, punctatum in prima ſyllaba per pathach, legitur אַחִים Achím, fratres, aſt, per cholem in eadem, movebitur אֹחִים Ochim, quod animalia noxia ſignificat.

12. Sic זכר, per geminum Kamez ſcriptum, זָכָר maſculum, verum per duplicatum ſægol זֶכֶר ſignificat memoriam.

13. Conjunctim officium hoc egregiè in verbis imperfectis elucescit: ibi enim frequenter activum à paſſivo, ſola punctatione, diſcernitur, ut in יקרא, aliud

aliud eſt ſi legeris יִקָּרֵא vocabitur, & יִקְרָא vocabit, Eſaiæ 9,v 5.

14. Quibus non obſervatis, propoſitionum lux valde obſcuratur, & ſubjectum, de quo quid prædicatur, obnubilatur.

15. Ita etiam literæ verborum, implicitè Quieſcentium auxilio longarum vocalium, exactè inveſtigari poſſunt, ut בָּא, verbum monoſyllabicum, cognoſcitur ex ָ Kametz, mediam Radicalem (aliàs enim certum eſt, quamvis Radicem Hebræorum tribus conſtans literis conſonans) eſſe vel י Jod, vel ו Vav: talia enim ſunt omnia verba monoſyllabica. Teſtor heic omnes Lexicographos Eberinos, & Grammaticos.

16. Et hæ tres ſunt rationes principaliores, auctoritatem parem & principium idem, quod *γραμμάτων* ſive conſonantium eſt, vocalibus deferentes, quibus alia ab eximiis, in Hebraica literatura noſtri ſeculi Doctoribus adduntur, deſumptæ ex malo effecto ſententiæ Negativæ.

17. Scilicet ex negantium parte [1]. Scriptura Sacra obſcurabitur, [2]. Incerta reddetur. [3]. Divinationibus exponetur meris. [4]. *Ho*ſtibus depravanda præparabitur. [5]. Traditionibus mancipabitur. [6]. Veneranda & pia Judæorum antiquitas aut ignorantiæ, aut invidiæ accuſabitur. [7]. Animi hominum dubitationibus immergentur. [8]. Omnes aliæ, etiam infini generis, & ex hac noſtra prognatæ Linguæ, *H*ebrææ præferentur. Vide ſis hæc eadem in partitionibus Bibliorum Hebraicorum M. Laurentii Fabricii, præceptoris olim mei ter venerandi c.2. & Buxdorfium in ſui Theſauri Grammatici Editione prima lib.1.c.5.

 18. Ac

18. Ac licet aliud detur, & quidem haud leve μέσον intelligendi Scripturas Sacras, συνάφεια textus, dum ἡγούμενα & ἑπόμενα κατ᾽ ἀκριβέστερον inter ſeſe conferuntur, & inde τῶν μέσων cōcluditur vis & ſenſus genuinus. Quem interpretandi modum omnibus aliis præferentes uti perſuaſi, imò & experte ſumus ipſi, ita aliis quoque eundem obſervandum commendamus.

19. Verùm, quia de propoſitionibus nullo modo judicare poſſum, niſi prius ejusdem partes, quæ ſunt Subjectum & prædicatum, percalleam, ita multò minus de integra oratione.

20. Δεῖ γὰρ πρῶτον, inquit Ariſtoteles, θέσθαι τί ὄνομα ἐστι καὶ τί ῥῆμα· ἔπειτα τί ἐστιν ἀπόφασις καὶ κατάφασις. In hiſtoria Animalium Δ. κεφ. θ.

21. Hinc etiam Plato, primos gradus ad rei cognitionem nominat ὄνομα καὶ λόγον, eò quòd ὄνομα ſit δήλωμα καὶ μίμημα τοῦ πράγματος.

22. Paradigmatis loco ſit nobis inciſum ultimum v.8, c.40. Eſaiæ : ודבר אלהינו יקום לעולם

23. Hoc autem in membro occurrit dictio illa, abſentibus punctis valdè ἀμφίβολος דבר. Et hoc tu mihi interpretare? ſed remotis & non inſpectis interpretationibus aliis omnibus, quibus etiam ἀδόπτως tantummodò creditur. Nonne utrumque & דֶּבֶר peſtis, & דָּבָר verbum, ſubſiſtere h.l. poſſe videbitur?

24. Videbitur ſanè, (licet revera non ſit concedendum) ex cohærentia verſus 6. 7. 8. Utriquè gramen eſt populus. Exareſcit gramen, decidit flos, & peſtis (id eſt pœna: ſæpius enim aliâs ſpecies loco ge-

co generis poni ſolet ) Dei noſtri permanebit in ſeculum.

25. Quia (verſu 11.) ecce Dominus Jehovah in fortitudine veniet. & brachium ejus dominaturum eſt in illo; Ecce merces illius apud ipſum, & opus illius coram ipſo eſt.

26. Sic igitur Propheta לְעוֹלָם, in æternum, aut in ſeculum nimis longùm, deſcriberet Judæis ultimum exſilium afflictionemque diutiſſimam, quandoquidem Deo, poſt toties iteratam & innumeram defectionem, nimium fuerint immorigeri, qualem afflictionem Judæorum etiam Apoſtolus Paulus cap. 11. Rom. videtur innuere.

27. Et ipſimet Judæi, ex vaticinio Jacobéo (ſed detortor vocabulo שֵׁבֶט h. e. ſceptro, pro afflictione ſumpto) dicunt ſeſe in tali exſulio, in quo jam ſunt, permanſuros uſque ad adventum ſui Meſſiæ.

Hæc ambiguitas & depravata ſententia ex abſentia vocalium ſuboriri poteſt, verùm illis, uti diximus, & divinitus ipſæ exaratæ exſtant hoc loco per geminatum Kamez, in דָּבָר, eoque in conſtructione allevato per דְּבַר, quid concinnius, quid magis nobis miſellis homunculionibus πληροφορεῖν, à Propheta dici ſcribive potuiſſet, quam Verbum Dei Nostri Stabit In Æternum, quùm ſcriptura Eberina iſtiuſmodi ſuis h. l. punctis genuinis afficietur & legetur per וּדְבַר אֱלֹהֵינוּ יָקוּם לְעוֹלָם údbhar Elohénú jakúm leolám.

28. Et hæc pauxilla dicta ſunto, de Vocalium antiquitate & auctoritate, quantum anguſtia temporis nunc nobis conceſſit, fortean erit olim tem-

ſtri ſeculi Grammaticis, Johannem Druſium, Wei-
ganmejerum, Schindlerum, Buxdorfium, aliosq;,
& reapſe eundum apud illos invenies,

36. Voci denique Hebraicæ, duabus hiſce parti-
bus, Vocalium ſcilicet Conſonorumque ritè con-
ſtitutæ, & diſtincto ſono efferendæ, accidit Ac-
centus, quem *Hebræi* generali & Metaphorico
nomine טַעַם, ab effectu ſuo, hoc eſt, guſtum
nominant, eò quòd dictionem ſuavem & auribus
pergratam, imò ipſi etiam intellectui faciliorem,
reddat, dum & certæ ſyllabæ in ipſa dictione im-
primitur, & ſic totius vocis ſonum, qui uno potiſ-
ſimum in loco evidentiùs percipitur, legitimè mo-
deratur, uti Buxdorfius loquitur.

37. Verùm, quotuplex ille ſit, & quæ nam ejus
ſit ſedes, idipſum φιλέβραιος ex Tabulis Weigan-
meieri accuratiſſimi, item Schindleri tractatu de
Accentibus, & Buxdorfii Theſauro Grammatico,
ſcriptoribus omnium ſolertiſſimis, repetat, & nullus
ex conſuetudine Judæorum vulgari æſtimet. Aſt
nos heic manum de tabula noſtra Eberina.

38. Attamen prius allubeſcit heic, in hac ipſa
lingua Eberina, adſcribere *Orationem Dominicam*,
ſicut eandem habet Elias *Hutterus* in ſuo Novo Te-
ſtamento, Matthæi 6, à v. 9. ad 13. uſque.

*tuum, nomen ſanctificetur cœlis in qui noſter Pater*

אָבִינוּ אֲשֶׁר בַּשָּׁמַיִם יִקָּדֵשׁ שְׁמֶךָ׃

*cœlis in ſicut tua voluntas fiat tuum regnum veniat*

תָּבוֹא מַלְכוּתְךָ יְהִי רְצוֹנְךָ כַּאֲשֶׁר בַּשָּׁמַיִם

*hodie, nobis da diei dimenſũ noſtrum panẽ terra, in ita etiam*

וְכֵן בָּאָרֶץ׃ לַחְמֵנוּ דְּבַר יוֹם תֶּן לָנוּ הַיּוֹם׃

*Et*

*remittimus nos ſicut noſtra debita nobis remitte Et*

וּסְלַח לָנוּ אֶת־חוֹבוֹתֵינוּ כַּאֲשֶׁר אֲנַחְנוּ סוֹלְחִם

*tentation.ē in nos inducas ne Et noſtrorū debitorū dominis*

לְבַעֲלֵי חוֹבוֹתֵינוּ׃ וְאַל תְּבִיאֵנוּ בְּנִסָּיוֹן

*& regnum eſt tuum quia malo à nos libera ſed*

כִּי אִם תַּצִּילֵנוּ מֵרָע כִּי לְךָ הַמַּלְכוּת

*Amen. ſeculorum ſecula in gloria & potentia*

וְהַגְּבוּרָה וְהַכָּבוֹד לְעוֹלָם וָעֶד אָמֵן׃

## CAP. IV.

## DE FORMA LINGUARUM,

quâ aliæ ab Hebræa dignoſcuntur ortæ, & in ſpecie de

## CHALDAICA.

1. LINGUAM HEBRÆAM PRImam primo Mundo, ad confuſionem uſque Babylonicam, veram & ſolam vernaculam fuiſſe, ſupra, capite primo, firmiſſimis rationibus evicimus; nunc de aliis, ex eadem, per confuſionem, obortis, σὺν θεῷ καὶ νῷ, breviſſimis agemus.

2. Linguas autem præcipuas conſideraturi, diſpeſcimus eaſdem in claſſes duas: In Orientales & Occidentales.

3. Orien-

3. Orientales nuncupamus, præter Hebræam, Chaldaicam, Syriacam, Arabicam, Perſicam, Abyſſinam ſive Æthiopicam, quæ omnes (exceptâ ultimâ Abyſſinenſium, noſtrarum Occidentalium ductum imitante) à dextra ſiniſtram verſus, more Hebræorum, ſcribuntur & leguntur.

4. Chaldaica autem Lingua, Hebrææ omnium viciniſſima, (teſte Mercero, in præfat. Tabularum ſuarum Chaldaicarum & Caſparo Waſero in Geſneri Mithridate, pag. 101. f. b.) in ſuo territorio, ubi orta fuit, permanſit nempè in terra Sinear, regni Nimrodici, quod poſtmodum à Lingua gentis Chaldaicum vocabatur. Vide Bereſchith 10. v. 10. cap. 11, v. 28. 31. Jechez. cap. 11, v. 24. Daniel. 1, v. 2.

5. Nominantur autem Chaldæi ſuâ linguâ כַּשְׂדָּאִין & Emphaticé כַּשְׂדָּיֵא, Hebræis כַּשְׂדִּים q. d. divini, ſive divinandi arte periti: ea enim Chaldæi omnes alias nationes multis paraſangis antevertebant.

6. Hinc pro Mathematicis collocatur hoc nomen cap. 2, v. 2. Danielis.

7. Habent autem hoc nomen, uti arbitratur Johannes Druſius, lib. 11. cap. 16. ſuarum obſervationum, à כֶּשֶׂד filio Nachoris, fratris Abrahami, Gen. 22, v. 22. Tremellius verò in notis ad cap. 10, v. 22. Geneſ. dixit quoſdam per aphæreſin Chaldæos dictos voluiſſe ex אַרְפַּכְשַׁד Arphacſchad. Verum illud præ hocce veriſimilius eſſe judico.

8. Et hoſce in ſtudiis ſolertiſſimos, peculiares characteres ſuam conſignandi linguam olim habuiſſe, non obſcurum erit colligere ex Daniel. cap. 1.

v. 4. ubi pueri Judaici in Babylonem deducuntur לְלַמְּדָם סֵפֶר וּלְשׁוֹן כַּשְׂדִּים h. e. ad edocendos eos literas, & linguam Chaldæorum.

9. Verùm, eadem pictura, quæcunque tandem illa fuerit, demum à Judæis, (teſte Hieronymo in præfat. libr. Regum) è Babylonia reducibus cæpta eſt figuris *Hebraicis*, ſupra à nobis expreſſis, ſcribi & excoli.

10. Lingua verò hæc ab Hebræa, cui præ omnibus aliis maximè affinis eſt, (pluribus ſiquidem aliâs dictionibus Hebræorum utitur) 1. vel mediante certâ quâpiam Dialecto dependet: 2. vel peculiaribus quibusdam dictionibus, ab eadem non uſurpatis, aut non adeò frequentatis, abſolvitur.

11. Dialectus, quæ cognationem hujus ab *Hebræa* arctiſſimam demonſtrat, occupatur in duobus: *in diverſa dictionum flexione, & literarum non nullarum tranſmutatione*.

12. *Diverſitatem flexionis nuncupo eam*, quam communiter Declinationem & Conjugationem dicimus.

13. Nomina enim ſua Chaldæus flectens, variat in quibuſdam literis præfixis ab *Hebræis*: Genitivum enim litera דְ daleth, Accuſativum præfixâ particulâ יָת, ut דְּמֶלֶךְ pro *Hebræorum* הַמֶּלֶךְ Regis & יַת־מֶלֶךְ pro *Hebr.* אֶת־מֶלֶךְ Regem, cæteras verò πάντως cum Hebræis perficit.

14. Terminationes ſimiliter immutat: præter ſimplicem enim & abſolutam terminationem, aliam quoque adhibet, quam plerique Emphaticam,

nos

nos verò cum Maſio (in Grammatica ejuſdem Syriaca, tractatu de Nomine) ſingularem, & Idiotiſmo Linguæ peculiarem nuncupamus, dum juxta מֶלֶךְ, formâ planè ab *Hebræis* deſumptâ, dicitur etiam מַלְכָּא Sic in plur. מַלְכִין Reges, & Emphaticè ſive Idioticè מַלְכַּיָּא.

15. Similiter in genere fœmineo ſingulari צִדְקָא juſtitia, formatur inde pluralis צִדְקִין. In forma verò peculiari, ſingularis eſt צִדְקְתָא, pluralis autem צִדְקָתָא, ſola vocali Kamez ָ, pluralem à ſingulari, in penultima, diſcriminante.

16. Idem in vicariis nominibus, quæ aliâs dicuntur pronomina, item Verbis & dictionibus Syncategorematibus, demonſtrari poſſet.

17. *Transmutationē* autem *literarum*, cum Mercero (in Tabulis ſuis Chaldaicis & Syriacis) ſequente διαγράμματι exhibemus:

18. Principiò literæ tres Hebræorum אהי, in Chaldaiſmo creberrimè etiam invicem permutantur, ut pro Hebræorum שְׁאוֹל, dicit Chaldæus שְׁיוֹל utrinque Infernus. Sic pro Hebr. ראשׁ caput, hæc dicit רֵישׁ & רֵישָׁא, eodem ſignificatu permanente.

19. Frequentatiſſimum hoc eſt, in verbis Imperfectis. Quieſcentibus Lamed, Aleph & He, in quo unum verbum, triplicem etiam terminationem admittere ſolet, ut: חֲדִי, חֲדִי & חֲדָא, ex Hebræorum חָדָה graviſus fuit.

Similiter & הֲוָא & הֲוָה formatur ex Hebræo-

F 2

bræorum הֲוָה fuit.
כ tranſit in פ, ut פַּרְזֶל pro Hebr. בַּרְזֶל ferrum.
ד in ט, ut טְבָא pro Hebr. דִּבָּה fama.
ז in ד, ut דְּהַב pro Hebr. זָהָב aurum.
ט in ן, ut טִין pro Hebr. טִיט lutum.
כ in ק, ut קְפַל pro Hebr. כָּפַל conduplicavit.
ל in ר, ut אַרְמְלָא pro אַלְמָנָה vidua.
ם in ן, ut מַלְכִין pro מְלָכִים Reges.
נ in ל, uti modò in nomine viduæ vidimus.
Et in ר, uti in נְבוּכַדְרֶאצַּר Nebucadnezar & nezar.
ס in שׂ, ut כְּנַשׁ pro כָּנַס collegit.
ע in א, ut אֲרַע & עֲרַע ex Hebr. קָרָה occurrit.
Et in ק, ut אַרְקָא pro אַרְעָא trito ex אֶרֶץ terra.
צ in ט, ut קְיָט pro קַיִץ æſtas.
Et in ע, uti amodò vidimus in flexo אֶרֶץ terræ.
שׂ in ס, ut סְמַר pro שְׂמַר cuſtodivit.
Et in ט, ut קְטַר pro קָשַׁר ligavit.
Et in ת, ut תְּלַת pro שָׁלשׁ tres, tria.
שׂ in ס, ut עַסְרָא pro עֶשְׂרָה decem.
ת in ט, ut טְעָא pro תָּעָה erravit.

20. Hæc erat μεταβολὴ Dialecti Chaldaicæ ab Hebræa dependentis: cæterum Chaldæos plurimas dictiones uſurpare, quæ Hebræis, vel planè ignotæ, vel non adeò uſitatæ ſunt, ſupra diximus, & Lexica, ſcilicet Münſteri Dictionarium Chaldaicum, ejuſque Schiluſch Leſchonoth, Pagnini Chaldaicum, Buxdorffii Epitomen Radicum Hebraicarum

rum & Chaldaicarum, & mei Gymnaſii Concordantias Hagiographicas Chald. ex Daniele & Edſra nuper Norimbergæ typis & ſumptibus Simonis Halbmayeri, juris publici factas, Lexica, inquam, hujus noſtri effati teſtes compellamus.

21. Immò, ipſos fontes ſacros in Danielis Prophetica cap. 2.3.4.5.6.7. Edſræ 4.5.6.7. Jerem. verſum 11. cap. 10. & duabus dictionibus verſ. 47, cap. 31. Geneſeos, & quædam nomina in Eſthera, ex quibus etiam ſolis nuper meas allegatas Concordantias Chald. concinnavi.

22. In his enim exſuviis qs. quædam puri & antiquiſſimi Chaldaiſmi, αὐθεντικὰ verè θεόπνευστος nobis relicta fuit.

23. Vide ſis etiam, ſi lubet, alibi etiam quaſdam dictiones Chaldaicas poſitas, ut: Eſaiæ 14, verſ. 4. מַדְהֵבָה aurea. Jerem. 25, v. 26. מֶלֶךְ שֵׁשַׁךְ h. e. Rex feſta celebrans. Idem eſt capite 51, verſ 41. Et Zach. 9, verſ. 1. אֶרֶץ חַדְרָךְ terra circumſtans. Junius tamen hoc Chadrach, agnoſcit pro voce Syriaca, quia Syri circum Judæam habitabant. Imò & ipſi Syri hoc nomine ſuam terram nominabant, teſte Forſtero, in ſuo Lexico Hebræo.

24 In iis autem reperies nomina, non tantum propria, ſed & appellativa, quæ ſuâ Radice, Hebræis dictâ שֹׁרֶשׁ, imò potiſſimum quantitate ſyllabarum (rariſſima enim compoſitio, exceptis nominibus propriis, in Hebraica literatura viſitur) plurimum ab Hebræis diſcedunt, ut אֲדַרְגָּזְרַיָּא Senatores ſive judices, ſeu magnifici, Daniel 3, verſ 2. אַדְרַזְדָּא σπουδαίως, diligenter, Edſræ 7, v. 3. אַחְמְתָא Edſræ 6. verſ. 2. arca libraria. אֲחַשְׁדַּרְפְּנַיָּא Sa-



tra-

trapæ, Danielis 3, verſ. 2. אֲחַשְׁתְּרָנִים Curſores regii, Eſther 8, v. 10. אָסְפַּרְנָא celeriter, Edſræ 5, verſ. 8. אַפְּתֹם theſaurus, Edſræ 4, verſ. 13. אַרְגְּוָנָא purpura, Danielis 5, v. 7. & אֶשְׁתַּדּוּר conſpiratio, Edſræ 4, v. 15. &c.

25. Ultra has reliquias ſacras, hactenus allegatas, partim etiam ex *H*agiographico noſtrorum Bibliorum Eberinorum textu Chaldaico recenſitas, ſi quid noſſe deſideras, pretio redimito tibi Targum Babylonicum, à Jonathano, Uzielis filio; *H*illelisque magni illius Rabbi Judaici auditore, Simeoniſque juſti condiſcipulo, centum circiter annos, ante deſolationem templi ſecundi, vivente, compoſitum.

26. Redimito & alterum Hieroſolymitanum (impuriore licet quam prius, Chaldaismo conſcriptum) Onkeli proſelyti, Imperatoris Veſpaſiani ex filia nepotis.

27. *H*ujus enim utriuſque auctoritas, quanta ſit apud Judæos, videſis P. Galat. lib. 1. cap. 3. de Arcanis Catholicæ Veritatis.

28. Sed & Chaldaiſmo h. l. ſatis, quem εὐλογίᾳ Prophetica concludimus iſthac, ex Daniel. 2, v. 20.

הֱוֵא שְׁמֵהּ דִּי אֱלָהָא מְבָרַךְ מִן עָלְמָא
וְעַד עָלְמָא דִּי חָכְמְתָא וּגְבוּרְתָא דִּי לֵהּ
הִיא׃

CAP.

## CAP. V.

# DE SYRIACA.

1. SYRIACA LINGUA (PROUT nunc exſtat, eaque Novum Teſtamentum, Viennæ Auſtriacæ, Anno Chriſti 1555. munificentiâ auguſtiſſimi Imperatoris Dn. Ferdinandi primi, ל״ז, impreſſum proſtat, expetentibus idipſum Eccleſiis Aſiaticis Chriſtianis,.qui veteri illâ Syrorum linguâ etiamnum partim vulgo, partim in Sacris conventibus utuntur, & ſtudio Johann-Alberti Widmanſtadii, Cancellarii ejuſdem Cæſariæ Majeſtatis laudatiſſimi, adornatum. Itemque Ritus Sacramentorum apud Syros Chriſtianos, à auctore Seberi, Alexandrini quondam Patriarchæ, à Gvidone Fabricio Boderiano latinitate donati, & Antverpiæ impreſſi Anno æræ Chriſtianę 1572, operâ Chriſtophori Plantini. Et liber Pſalmorum Davidicorum nuper in publicum emiſſus ( è regione etiam, uti & præcedentes ritus, ſe habente poſitâ interpretatione latinâ) à B. Thoma Erpenio ſic adornatus, & Lugduni Batavorum excuſus, A. C. 1625.) hæc, inquam, lingua Syriaca, proximè omnium aliarum accedit ad Chaldæam.

2. Eſtque & hęc ſimiliter in prima Linguarum Con-

Confuſione ab *Hebræa* deducta: quandoquidem, in diviſione terrarum, regna gentium diſtinguebantur לִלְשֹׁנָם h. e. ſecundum linguam eorundem, Geneſ. 10, v. 5.

3. Jam verò Aram fuit cauſa procreans Aramæorum, teſte Moſe, ibidem verſ. 23. hos Græci poſtmodum Syros, ex vocabulo Aſſur decurtato, nuncuparunt, atteſtante Joſepho de Antiquitate Judaica, allegato à Waſero in ſuo Mitridate pag 94.

4. Ab eo nomine, etiamnum lingua Syrorum dicitur Aramæa. Metropolis verò Syriæ fuit Damaſcus, Jeſaiæ 7, verſ. 8. Aſchur autem, erat Aſſyrorum Pater, cujus regni ſedes regia, fuit Ninive. Geneſ. 10, v. 11. Nimrod denique, fuit Chaldaici regni auctor, loco dicto.

5. Hiſce ampliſſimis regnis tribus, diſtinctas linguas adſcribens, eas diverſas, non autem diſparatas fuiſſe, dictum volo. Omnes enim tres (adde & puram Judæorum Hebræam) poſtmodum in unam dum alterius regnum expugnavit, & incolas ſecum abduxit, coaluerunt.

6. Aſſyrius enim Tiglathpileſer evertit Damaſcum, 2 Reg. 16, verſ. 9. A. M. 3209. Salmanaſſar Aſſyrius vicinos Syrorum, decem videlicet tribus Iſraël debellavit, eaſque in perpetuam captivitatem abduxit, uti ſupra capite 2. §. demonſtratum dedimus, Anno M. 3226.

7. Ninive viciſſim à Cyaxare Medo expugnata, & ſolo adæquata fuit, A. M. 3348 Jer. 50, verſ. 18. Jechez 31, verſ. 3. cap 32, verſ. 23. *Herodotus*. Et Jeruſalem à Babylonico Nebucadnezaro debellatur,

tur, totaque Vulcano adjudicatur, diruiturque, captivi Babylonem deducuntur, A. M. 3360, 2 Reg. 36, v. 19. 20. Tandem, Cyrus Perſa, Darium etiam Medum, Regem Babyloniorum, prælio vicit A. M. 3407. Et ſic prænominatorum omnium dominator factus eſt in Babylone, ubi prædictæ linguæ inter ſeſe ita commixtæ fuerunt, ut ex omnibus una facta fuerit, quam deinde Judæi, in captivitate Babylonica edocti, poſtmodum in terram ſuam à Cyro A. M. 3419. remiſſi, pro vernaculà habuerunt ſua, atteſtante Petro, Actorum Apoſtolicorum c. 1, v. 19, qui ἰδίαν διάλεκτον Judæorum vocat eam, qua dicitur ἀκελδαμά, idquod Syrum eſſe חֲקַל דְּמָא q. d. ager ſanguinis, manifeſtò conſtat.

8. Poſteris autem temporibus, majores quoque mutationes & additiones (purâ interim Hebræâ retentâ in ſolemnibus ſacris) ſub ducibus Haſmonæis (Communiter qui Maccabæi dicuntur) paſſa eſt ab incurſione hoſtium tum Græcorum, tum Romanorum, regnum Judaicum affectantium, teſtantibus id libr. Danielis 8, v. 21. Joëlis 3, v. 6. & Maccabæorum.

9. Conſtitutionem autem hujus linguæ, tum in principiis Etymologicis, quæ diſtinctas nominum primariorum vicariorumque terminationes, & verborum perfectorum, imperfectorumque flexiones concernunt: tum in principiatis ſyntacticis, præfixionibus, affixionibus, punctorum alleviationibus, conſtructionibus anomalicis, & ſi quid aliud ad Grammaticum ſyſtema ſpectat, id omne

ex Grammatica mea Syriſca, quam ſub nomine *Gymnaſii Syriaci*, typis Syriacis Wittebergæ, ſumptibus Johan. Gormanni, Anno 11. Epochæ Chriſtianæ publicavi, cognoſcere licet.

10. Aliis autem Grammaticam etiam Maſii, Merceri, Tremellii, cumprimis verò Waſeri, commendatam volo.

11. Nunc verò, arbitror, ſatis erit, ſi Dialectum Syriacam in literarum μεταβολῇ, ab Hebræa dependentem, quam è lectione Novi Teſtamenti ut plurimum obſervavi, addidero.

12. Dialectus verò Syrorum, quatenus à Radice Hebræa dependet, conſiſtit aut in *Immutatione vocalium tantùm: aut in vocalium & conſonantium ſimul.*

13. Vocalium autem immutatio, potiſſimum apparet in præteritis verborum tertiæ perſonæ, dum loco Kamez, in prima frequentiſſimè, ſubſtituitur ſcheva, idque nunc ſimplex, nunc compoſitum, pro ratione literæ Radicalis, quum ſimplex eadem, vel gutturalis fuerit: compoſita enim ſcheva expetitur à gutturali, ſimplice verò alia organica litera gaudet, rariſſimè ·· zere, ut אֲבַד periit, Johan. 17, verſ. 12. אֲבַל luxit, Luc. 6, verſ. 25. אֲנַף contraxit, Hebræ. 6, verſ. 15. בְּלָה inveteravit, 1 Petr. 1. verſ. 23. בְּלַם obturavit, 1 Corinth. 9, verſ. 9. בְּלַע abſorpſit, 1 Petri 5. verſ. 8. גְּלָה revelavit, Matth. 11, verſu 25. גְּרַא attraxit, Actor. 17, verſ. 6. יְדַע novit, Matth. 6, verſ.

6, verſ. 8. יְהַב dedit, Actor. cap. 2, verſ. 47. יִלַּד peperit, Hebr. 1, verſ. 5. יְקַר gravis fuit, Luc. 9, verſu 32. יְקַד arſit, 2 Corinth. 11, verſ. 29. אֲמַר dixit, Matth. 10, verſu 20. אֶנָא Ego, Matth. 2, verſ. 8.

14. In Nominibus, potiſſimum Kamez Hebræum mutant in O vocalem, illis dſekopho dictam, ut אָדָם, hoc noſtri Syri per geminum O legunt & ſcribunt Odom. Sic etiam אַבְרָהָם Abrohom, אָרָם Orom, צִדְקָתָא Zidkotho, &c.

15. Mutationem verò Vocalium, unâ cum Conſonis, tabula expediet ſubſequens.

16. Ac initiò & h. l. tribus literis אהי idem evenit, quod modò in Chaldaiſmo vidimus. א enim mox vertitur in ה, ut: in אֱלָהָה, quod aliâs frequentiſſimè per א in fine ſcribitur, Actor. cap. 3, verſ. 13. Mox in י Jud, ut: שַׁנִּי communiter, mutavit locum, Matth. 4 verſ. 12. ex minus uſitato שַׁנִּא Joh. 7, verſ. 3. Sic & in medio, in voce שְׁאוֹל evenit, ut שְׁיוֹל ᾅδης; infernus, Luc. 16, verſ. 23.

ב in בּ ut: בַּדַּר pro Hebr. בִּזֵּר diſtribuit, Actor. 12 verſ. 10.

ג in ך ut: סְכַר pro סָגַר clauſit, Actor. 7, v. 57.

ד in ט ut: טַבָּא ἀκοὴ, fama pro דִּבָּה Matth. 4, verſ. 24.

ה in ט ut; טוּרָא mons, ex הַר Matth 4; v. 8.

nas Matth. 4 verſ. 10. & סָנֵא pro שָׂנֵא odio proſecutus fuit, Matth. 5. v 44.
ת in ט, ut: טְעָא pro תְּעָה erravit, Matth. 16. v. 15.


17. Tale erat σχῆμα Linguæ Syriacæ ἐν ἐπιτομῇ quaſi conſideratum: jam ſi quis ejuſdem characteres veros, & ſcripturam genuinam diſcere avet, ille ſubſequentia membra tria ſibi familiora reddat, ceu ſunt:

## MEMBRUM I.
## DE CONSONANTIBUS.


| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| א | ܐ | Olaph | Fit ἄφωνος beneficio vocalis | |
| ב | ܒ | Beth | B | a. e. i. o. u. adſcripta. |
| ג | ܓ | Gomal | G | |
| ד | ܕ | Dolath | D | |
| ה | ܗ | He | H | |
| ו | ܘ | Vav | V vel F. & W. Germanorum in prin- | |
| ז | ܙ | Dſai | Dſ | cipio. |
| ח | ܚ | Cheth | Ch | |
| ט | ܛ | Teth | T | |
| י | ܝ | Jud | J | |
| כ | ܟ | Coph | C | |
| ל | ܠ | Lomad | L | |
| מ | ܡ | Mim | M | |
| נ | ܢ | Nun | N | |
| ס | ܣ | Semchath | S | |
| ע | ܥ | Aë | Variat per vocales ut א | |
| פ | ܦ | Phe | Ph | |
| צ | ܨ | Zode | Z | |
| ק | ܩ | Quoph | K | |
| ר | ܪ | Riſch | R | |
| ש | ܫ | Schin | Sch | |
| ת | ܬ | Thav | Th | |

 19. Duo

19. Duo autem ſunt, quibus de heic TE ſubmoneam neceſſe eſt, de *Variatione* nempe literarum quarundam 1. *Finalium.* 2. nonnullarum etiam *Ligabilium. Finales* ſunt quinque ךְ ל ם ן ע quæ nobis hâc formâ :


Interim, ſi fortean ſub finem dictionis, Lomad erit duplicandum, tunc triplicantur lineæ 

20. *Ligabiles* verò à parte ſua dextra; præcedente ſcilicet aliqua alia litera ligabili, ſunt hæ & quidem hoc modo:


אב ג ד ה ו ז ט י כ ם ן ס פ ק ר ת

21. Et ex parte ſua ſiniſtra, omnes ſunt ligabiles, quę lineâ cõſtant fulcrali rectâ, ceu ſunt Beth, Cheth, Jud, Lomad, Mim, Nun, Semchath Phe, Quoph, Schin.


22. *Præterea*, ornatûs gratia, omnibus literis, lineâ rectâ fulcrali dictionem aliquam terminantibus, appingitur figura recurva iſtiusmodi ⸗

MEMBRUM II.

## DE VOCALIBUS.

23. *Vocales* Syris depinguntur dupliciter per 1. *Characteres.* 2. *Puncta.*


24. *Characteres*, quos Antiquiores Syri cum Græcis habent comunes, ſed nonnihil tranſpoſitos, ſunt hi:


U O I E A

25. Sed ſcito; A & O ſuper conſonas ſemper ſcribi; aſt E & I indifferenter, pro commoditate loci: u verò

verò ſupra, fertur à nonnullis valere u longum; infra verò ſcriptum, u breve, veluti Kibbuz Eberinũ. Idem judicium eſto de u, in forma punctuationis ſequente.

26. *Puncta*, recentiorum inventum, hoc modo & ordine locantur certo:




27. In duplici autem hac vocalium conſtitutione obſervatis obſervandis, licitum eſt unam dictionis ſyllabam punctis, alteram verò figuris formare.

### Membrum III.

### De Distinctionibus.

28. *Diſtinctiones* autem textuum, heic ſunt paucæ, videlicet:

I. *Semicolon*, quod exprimunt duobus punctis ſiniſtrorſum inflexis h.m. : .

II. *Colon*, itidem duobus punctis dextrorſum, prioribus ductu contrario, poſitis ˙.

III. *Parentheſin*, duobꝰ ſimiliter punctis deſignant, uno à principio, altero à fine ſententiæ poſito.

IV. *Interrogationem* tribus, in formam Kibbuz Hebræorum, efformant. ⸪ (Sed hi diſtinguendi modi, non ubiq; καὶ ἀκριβέστερον à ſcriptoribus Syriacis obſervantur, cumprimis in Rituali, ubi : communiter punctum & pauſam longam infert. Et . idem nonnunquam valet; ſed tamen ut plurimùm.)

V. *Periodũ* integrã, quatuor pũctis indicãt hiſce ⁘. Aliâs tamen in fine capitũ, ſententiarum & paragraphorũ, frequentius unico puncto, quantitate præ ſuperioribus aliquantulũ majore, uti ſolẽt. Teſtor heic N. Teſtamentũ Syriacum & Rituale Severianũ Patriarchæ quondam Alexandrini, unà cum Pſalterio Erpeniano.

Con-

29. Concludam autem hanc linguam *Oratione Dominica*, prout eadem in Teſtamento Novo Syriſco, Viennæ Auſtriacorum, Anno Chriſti 1555. impreſſo, legitur Matthæi 6, v. 10, 11, 12. 13. h. m:

אַבּוּן · דְבַשְׁמַיָּא: נֶתְקַדַּשׁ שְׁמָךְ:
*tuum nomen Sanctificetur .cælis in qui noſter Pater*
תֵּאתֵא מַלְכוּתָךְ: נֶהְוֵא צֶבְיָנָךְ: אַיכַּנָּא
*ſicut tua voluntas Fiat .tuum regnum & Adveniat*
דְבַשְׁמַיָּא . אָף בְּאַרְעָא: הַב לַן לַחְמָא
*panem nobis .Da terris . in etiam . cælis in*
דְסוּנְקָנַן יוֹמָנָא: וַשְׁבוֹק לַן חַוּבַין
*noſtra debita nobis remitte Et hodie. noſtræ indigentiæ.*
אַיכַּנָּא דָאף חֲנַן שְׁבַקְן לְחַיָּבַין: וְלָא
*ne Et noſtris debitoribus nos remiſimus etiam ſicut*
תַּעֲלַן לְנֶסְיוֹנָא: אֶלָּא פַּצַּן מֶן בִּישָׁא:
*malo à nos libera ſed. tentationem in nos inducas*
מֶטֻל דְדִילָךְ הִי מַלְכוּתָא וְחַילָא וְתֶשְׁבּוּחְתָּא
*gloria. & virtus & regnum. eſt tuum Quia*
לְעָלַם עָלְמִין:
*ſeculorum. ſecula in*

*Et literis Latinis legitur h. m:.*

Abbun debaſchmajo.
Nethkaddeſch ſchmoch.
Tithe malchuthoch.
Nehveh Zebjonoch, aicanno debaſchmajo oph be- (aro.
Habh lan lachmo deſunkonan jaumono.

Vaſch-

Vaſchibuk lan chanbaim, nicanno doph chadanſche-
bhakan lechaibhenu.
Velo taian leneſjuno.
Ello pazren men bil, ho.
Meitul deſloch himalchucho, vechailo, vecheſch-
bucho leulam olmin.

30. Et harum ipſarum Linguarum ſtudioſo commendo, poſt coryphæos noſtros, vel imprimis *Clavem Poſitam*, trium (L. L. Orientalium Hebraicæ, Chaldaicæ, & Syriacæ, M. Hieronymi Aviani, nuper Lipſiæ ſumptibus Groſianis Gotfrid. amici mei honorandi, in publicum emiſſam in octavo.

## CAP. VI

## DE LINGUA ARABICA.

1. SANE in hac, ut & in duobus ſubſequentibus, ſcilicet Perſica & Æthiopica, ſponte inſantiam profiteor meam.

2. Arabicam equidem deguſtare incepi, ſed adhuc, quod dici ſolet, primoribus labris.

3. Videbis autem etiam hujus Alphabethum, in typo noſtro ſuper oreæneo, perfectiſſimum.

4. Hanc ex ſola Grammatica *Kirſtenii*, Sileſii illius Wratiſlaviæ Philoſophiæ & Medicinæ Doctoris, inque Arabiſmo, præter alias plures linguas, experientiſſimi, itidem domini & fautoris mei æviternum venerandi) & ex Rudimentis Erpenianis, viri

 olim,

olim, eheu, omnium πολυγλώττων laudatiſſimi, probatiſſimi, addiſcere etiamnum nitor.

5. Imò, ex nuper ſimul edito Pſalterio Arabico Romæ A. C. 1619 & prænominatorum virorum ſcriptis, incepi etiam colligere & conſcribere λεξικὸν quoddam Arabicum.

6. Verùm, ſimile Lexicon, ex prædicto Pſalterio, jam dum conſcripſiſſe præſtantiſſimum virum Dn. *M. Johannem Zechendorfium*, Rectorem Scholæ Cygneæ, dominum & affinem meum perpetim honorandum, virum in γλωττογνωσίᾳ noſtra undiquaque verſatiſſimum, ex literis ejuſdem & Arabicis & Latinis, nuper ad me datis, didici, atque ab eodem אִישׁ חֲמוּדוֹת, ejusdem copiam jam præſtolor deſcriptam.

7. Annitar autem, ſi Deus diutius me voluerit in terris eſſe ſuperſtitem, ut in eadem Lingua Arabica, ſimile tandem *Gymnaſium* in publicum protrudam, qualia jam de Chaldaica Hagiographica Teſtamenti Veteris, & Syriſca Novi, proſtant mea bina.

8. Jam, de hiſce tribus, ſaltem aliorum judicia heic adſcribere placet, deſumpta ex Caſpari Waſeri Mithridate Geſneriano, ubi folio 10. fac. b. de Arabica leguntur iſthæc:

9. Arabum Lingua eſt, qua omnes Muhomedicæ religionis cultores in Grammaticis utuntur, affinis Hebraicæ.

10. Tantum autem Muhamedis religio patet, ut vix tertia pars orbis terrarum reliqua ſit, teſte Guilelmo Poſtello.

11. Et folio 93. & 94. ſubſequentia ibidem invenies

nies Arabum multa eſſe genera, licet intelligere ex Strabone, Plinio, Ptolomæo & aliis: ſunt tamen duo principua, Hagareni, & Saraceni.

Hagareni ab ipſis etiam veteribus Arabibus vocantur El Hegarin, vel El Magherin, ab Hebræis Hegrim.

12. Sanè Pſalmorum Paraphraſtes Arabs Αγαρηνοὺς, vertit Mahgerin vel Mahgarin, in Pſalmo 83.

13. Inde μαγαρίζειν apud Cedrenum, eſt μαγαρίζειν, & μαγαρισμὸς eſt μαγαρισμός.

14. Aliud tamen eſt Magar apud Turcas, qui ita Hungaros vocant.

15. Cæterùm, regia horum erat, Petra, arx munita, cujus principes omnes Aretæ fuerunt dicti ut Ægyptiorum Pharaones ſive Ptolomæi, &c. qui diu Damaſcum obtinuerunt.

16. Saracem deinde, quos Σαρακηνοὺς vertunt Græci, Arabibus dicuntur El Sarak, quæ vox ſignificat furaces λῃστικοὺς καὶ νομάδικους: quales ſunt, qui Turcis dicuntur Coſaki Tartari, quales Marioloſſi, quales Bandolieri in Pyrenæis &c.

17. Et certè Arabes rapinis cum omnium hodie viſitant, ceu genus hominum vagum καὶ νομαδικόν: à quibus ideò ortum eſt adagium: *Ut Arabs in deſerto*, Jer. 3. verſ. 2. Ezech. 38, verſ. 13. de latronibus aut prædonibus ex graſſationibus & latrociniis viventibus, & vias obſervantibus: qui propriè ſunt quos Iſmaëlitas idem Pſalmos vocat, & Moſes in hiſtoria Joſephi venditi à fratribus.

18. Huc pertinet teſtimonium Epiphanii: Σαρακηνοὶ οἱ καὶ Ἰσμαηλῖται, προτιμὴν ἔχουσι.

19. Hinc autem apparet, Saracenos dici non

à Sara, *Abrahami* uxore, quod eſt ridiculum. *Hoc* enim modo oporteret aut a Sara Saræos dictos, aut uxorem *Abrahami* non Saram, ſed Saracam vocatam fuiſſe.

20. *Arabes* porrò dicti ſunt ab *Hebraica* voce herâb, veſperâ, quæ dicitur à miſcendo ſeu commiſcendo, quia tunc lux tenebris miſcetur: tropicè eſt mixtura variorum populorum, turba miſcellanea Jer. 25, v.20. & 24. Ubi Kimchi ſcribit: *Arabes* vagos & mixtos, habitantes tabernacula intelligi, qui ob id Plinio dicti Scenitæ, paſtionibus inprimis vacabant. Unde νομάδες dicti, ἀπὸ τοῦ νέμειν, à paſcendo. Depaſtis enim herbis uno in loco paſtiliones ſuos curribus alio tranſvehunt, quod præter alios Eſaias innuit cap. 13 verſ. 20 neque figet ibi tentorium *Arabs*, ſolvet ad pecus ſuum ibi paſcendum. Quod ſignum erat inter alia excidii Babylonici, quod Propheta prædicit. Sive autem *Hagarenos* & *Saracenos*, ſive *Arabes* dixeris uno nomine, linguâ uſi ſunt, hodieque utuntur eâ, quæ præter *Hebræam* & Chaldæam, omnibus cæteris prior & antiquior eſt, & quaſi mater earum cenſetur, in Africa uſque ita vigens, ut eam Infantes à matribus ſuis haurire poſſint: in qua Abn Senna (quem Abin Sina aliter & corrupte Avicennam vocant) & Aben Roes Philoſophi Medicique ſummi, præclara ſcripta, & æternâ memoriâ digna ediderunt: in qua etiam quattuor Evangelia, Romæ elegantiſſimis typis, in Chalcographia Medicea impreſſa, hodie legere poſſis. Addo ego hodierna ſcripta & Erpeniana, quæ e propria eiuſdem Typographia Lugduni Batavorum, hactenus, prodierunt:

runt plurima, quorum primarium omnium eſt Novum Jeſu Chriſti noſtri Teſtamentum, ſed in [illegible] vocalibus totum. Addo etiam varia ſcripta Kirſtenian[illegible] quæ nuperis annis Wratislaviæ ejuſdem, authoris typis & ſumptibus lucem adſpexerunt publicam.

21. Tandem, ut hæc aliquantulum manifeſtiora fiant, transſcribam huc Orationem Dominicam, ex prænominati noſtri Clariſſimi Petri Kirſtenii & Grammatices Arabicæ parte prima, in cujus fine Arabicis quidem verbis, Latinis autem ſimul literis legitur hoc modo: Abuunaladsi phiſſemauati

Hoc eſt: *Pater noſter qui in cælis es*

liiotekaddes iſmuke. Litati mele kuutuke
*ut ſanctificetur nomen tuum. Ut adveniat regnum tuum.*
litekun meſchiatuke kema phiſſemaai ve alardhi
*Ut fiat voluntas tua, ſicut in cælo & ſuper terram.*
Chubzena Kephaphena aathina phiiheum.
*Panem noſtrum ſufficientem nobis, da nobis in diem.*
Vaghpher lena chathaajaanaa kema naghpheru
*Et dimitte nobis peccata noſtra, ſicut dimittimus*
nehhnu limen achthaa aileinaa. Vela tudachilnaa
*his qui peccavere in nos. Et non inducas*
narteglaa rube [illegible] mineſchſcheriiri.
*nos in tentationem, ſed libera nos à malo.*

22. Qui verò & quo modo iſthæc Lingua à ſocietiſſima noſtra [illegible] dependeat, libri Grammatici & Lexica, de eadem conſcripta, nobis abunde declarabunt.

23. Si quando, ξὺν τῷ θεῷ, uberiores hujus Linguæ Obſervationes mecum collegero, tunc pluribus hujus Dialectum proſequar. Interim Studio-

ſis φιλογλώσσοις, commendo Lexicon Valentini Schindleri pentaglotton evolvendum.

24. Non poſſum denique, imò etiam non debeo, heic ſilentio involuere, conatum laudatiſſimum prænominati mei Dn. affinis, M. Johannis Zechendorfii,&c. qui totum Alcoranum, ſeductoris illius Mahummedici Latinitate interlineari reddidit, dogmata Mahumedica in margine ejúſdem detexit, eaque ſcitè confutavit, atque ita totum librum confecit, ut jam nil niſi impreſſorem, à typis Arabicis probè inſtructum, is ipſus deſideret.

25. Veluti Suratam unam, παραδείγματος loco, noſtro Collegio Theologico nuper percenſendam huc tranſiſit, cujus viri conatum, non poſſumus non bonis cujusvis viris commendare, & ejuſdem labores ibidem inſumptos, dignis ſatis laudibus efferre.

# CAP. VII.

## DE LINGUA PERSICA.

1. HAc de Lingua nihil prorſus poſſideo, ſed eandem jam excolere cœpit vir aliàs excellentiſſimus in Linguis Anatolicis, Dn. Wilhelmus Schikhardus, Tubingenſium in ἀνατολικογλωττοδιδασκαλίᾳ Profeſſor Publicus, dominus & amicus no-

ſter

ſter venerandus, qui nuperrimè ex eadem Turcica, hoc eſt, ſeriem Regum Perſicorum, typis evulgavit publicis.

De hac verò Lingua vide ſis iterum Mithridatem Geſnerianum, pag. 70 ſ. a & b. recenſentem talia. Perſarum lingua, ſcribit, ab Ægyptiaca (quam idem ibidem pag. 6. etiam Alexandrinam, ex Ixionis Demetrii libro, teſte Athenæo, nuncupat) & Judaica diverſa eſt.

2. Multa (addit) hujus linguæ vocabula & locutiones docet Bartholomæus Georgevitius in libello ſuo de afflictione Chriſtianorum ſub Turcis. Impreſſo ante paucos annos in Germania impreſſo Wormatiæ.

3. Appellat autem eandem Perſicam & Turcicam linguam.

4. Inde obſervetur h. l. Vaticinium Perſico-Latinum, ex ejuſdem Bartolomæi libro deſcripſum iſtiuſmodi:

Patiſſa homozgelur, Ciaſerum memleketi
*Imperator noſter veniet, ethnici principis regnum*
alur, kauzul almai alur, kapzeiler, jedi yladegh
*capiet, rubrum pomum capiet, ſubiget. Quodſi annum*
gyaur Kelcci eſikmaſſe, on
*uſq; ſeptimũ gladius (ſcilicet Chriſtianorum) nõ inſurrexit, uſq;*
iki yladegh onlarum beghli gheder: cum japar,
*ad annum duodecimum eis dominabitur, domos ædifi-*
baghi diker, baboſai baghlar, ogli kezi olur.
*cabit, vineas plantabit, hortos ſepiet, liberos procreabit,*
on iki yldenſſora (teſtatè redactum fuerit.
*poſt duodecimum ſc. annũ, ex quo rubrum pomũ in ejus po-*

Hriſta-

Hriſtianon keleci cikar, ol Turki gheresſine tuskure.
*Chriſtianorum gladius apparebat, qui Turcam quaquaverſum fugabit.*

5. Et ſic ſe habet vaticinium cum Georgevitii interpretatione, quam Geſnerus de verbo ad verbum Perſicis vocabulis accommodare conatus fuit, haud ſciens, an ubique verum aſſecutus ſit, dubitans quidem circa vocem cikmaſſe, quam expoſuit: non inſurrexerit, & circa yldenſſora, quam reddidit: duodecimum, cum ſuperius onlarum ſimiliter verterit.

6. Addit ibidem idem Geſnerus iſthæc: Perſica vocabula multa Andreas Bellunenſis interpretatur in gloſſis Avicennæ.

7. Convivium regis, in natali regis, quotannis celebratur: id Perſicè (Περσιστὶ) vocatur τυκτά: ἑλληνιστὶ δὲ τέλειον.

*H*erodotus libro 9. citante Athenæo Paraſanga, ſchænus & aſtarus menſuram (de terræ ſpaciis) nomina Perſica etiam a Græcis nonnullis uſurpantur.

8. Idem Athenæus lib. 3. Suſon, lilium Perſice ſignificat, & Σοῦσα urbs nominata eſt propter pulchritudinem & amœnitatem loci.

9. Idem: Magi dicuntur ſapientes lingua Perſarum.

10. Plinius ſcribit: Scythas vocatos eſſe Sacas à Perſis, & lingua Perſicâ Aramæos.

11. Meminit ibidem etiam idem Geſnerus ſex Perſica animalium nomina plurima, in ſuis de Quadru-

drupedibus & avibus libris poſuiſſe. Hactenus ille.

12. Caſpar verò Waſerius, in ſuo ſuper eundem Commentario, pluribus hæc efferre ſolet hiſce, pag. 124

13. Perſarum lingua, in tota ferè Aſia hodie locum habet: cujus in ſacris libris non pauca exſtant veſtigia impreſſa, præſertim in Eſtheræ volumine, ut: Achaſvveros, Parthemim, Eſter Hammedatha, Phur vel Phurim, Gaza, Ginze, Suſa, Zeres, Achaſdarpanim Mardochai, & alia: inter quæ Achaſchvveros, compoſitum eſt ex vocabulis ſimplicibus Perſicis, Achos, vel Ochos, vau & roſch vel ruſch, quaſi Achas va ruſch.

Eſt ar nunc præponitur, ut: Aſtrampſychus, nunc poſtponitur, ut Zoroaſter: aliquando tamen etiam ſimplex uſurpatur, ut Regina Eſter, quæ antea Hebraicè Hadaſſe dicta.

14 Hammedatha, nomen proprium patris Haminis, compoſitum eſt ex ſimplicibus Ham & datha; quorum illud reperias in Ἀμήστρις: hoc in Pharſandatha, Aridatha & ſimilibus. Phur, id eſt, fors.

Idem teſtatur Lyranus, perſpicuè ſcribens, Phur vocabulum Perſicum eſſe, non Hebraicum.

15 Gaza fiſcum, ſive ærarium Regis denotat. Unde Curtius: Ante ſolis ortum Gazam, quam Perſæ fiſcum vocant, cum pretioſiſſimis rerum efferri jubet. Et Mela: Gazam Perſæ ærarium vocant. Et Hieronymus: Gaza, linguâ Perſarum divitiæ nuncupantur, nec eſt Hebræus ſermo, ſed barbarus.

16 Sic Achasdarpanim, compoſitum eſt ex achas, vel Ochos, & darpanim, formâ Hebraicâ, cujus ſin-

gulare, eſt Achaſdarpan, contractè Asdarpan, à quo fecerunt Græci Σατράπαν, μεταθέσει τοῦ τ, & mutatione ultimæ ſyllabæ σατράπης.

17. Mardochai, compoſitum eſt ex Marda ſive Mardo, & Chai ſive Chæus, quorum prius, apparet in Mardontes, alterum in Ἀρταχαῖος, Artachæus.

18. Similiter Perſica ſunt Pharſandatha, Alphata, Phoratha, *A*ridatha, Pharmaſta, *A*riſai, *A*ridai, Vaizatha, Achaſtheranim & alia, quæ in eodẽ volumine occurrunt, & Perſica eſſe apparet ex ſimplicibꝰ *A*ri, Vaî vel Wai, atha vel datha, Achas vel ochos. Inter quæ Achaſteranim CL. Druſius (Eſter 8. v. 10.) camelos interpretatur curſu præſtantes, ab achas vel ochos, quod Perſicè magnum ſignificat, & Sechar, Camelus. Bellunenſis tamen ſimpliciter ab Aſtir deducit, quod Camelum notare ſcribit Unde Aſtergar, ſpina Cameli,

19. Aſter porrò vel Aſtir, contractum eſt ex *A*haſter, cujus plurale eſt *A*ſteram, cameli dromades, ut preſtegam *A*poſtoli, & formâ nominis Hebraicâ *A*ſteranim.

20. Ita etiam vox Parthemim vel Parthemin. Eſter 1, v. 3 Dan. 1. v. 3. judicatur eſſe Perſica, ſed corrupta ex Græca πρότιμοι, & inflexa *H*ebraicè: prout libelli ejus auctor Hebræus fuit, quiſquis fuit, ſive Esdras, ut Iſidorus credit, ſive ſynagoga magna, ut Moſes Kimchi, ſive Joachin Pontifex Hebræorum, magni ſacerdotis filius, ut arbitratur Philo, ſive Mardochæus ipſe, ut hariolatur *A*ben Ezra.

21. Cæterùm, vox illa propriè ſonat ὁμοτίμους, qui Curtio peculiariter vocantur cognati Regis, Xenophonti rege, hoc eſt, Imperii συγγενεῖς τοῦ βασιλέως, Hebræis

Hebræis ſecundi Regis, vel à rege ſecundum gradum obtinentes, ἔχοντες, ut loquitur Joſephus μετὰ βασιλέα προεδρίαν, quos aliter Græci vocant δευτεροβάθρους reſpectu πρωτοβάθρου, qui ſecundi erant ad regium principatum, ut loquitur Cicero.

Sed & quæ in aliis ſacræ ſcripturæ locis occurrunt nomina duo celebratiora, Darius & Cyrus, ſunt Perſica.

22. Et Cyrus quidem vulgò ſcribitur ſed forma Perſica eſt Córeſch, quæ Perſicæ voci Córis affinis eſt valde, & τροφὴν ſive ἐδωδὴν, cibum vel alimoniam ſonat, ut quaſi nutritius dicatur Cyrus populi ſui.

23. Quo nomine Reges & Principes ab Eſaia perſpicuè inſigniuntur: niſi malis dictum ab alia affini voce Perſica Corſed, ſolem Perſis perinde notante, atque Aphtab, ut certe Cteſias, homo Græcus, ἀπὸ ἡλίου appellatum ſcribit, & κῦρον τοὺς Πέρσας καλεῖν τὸν ἥλιον, teſtatur Plutarchus.

24. Soles porrò dici Reges ac Principes, nihil abſurdi eſt. Quod enim inter ſidera eſt ſol; id illi in terris ſunt.

25. Darius deinde, ad formam Perſicam eſt Darjavves, quod Cteſiæ Græco eſt Δαρειαῖος & Herodoto exponitur ἐρξείης à premendo & coërcendo.

26. Darvves enim eſt ἔρξις, θλίψις, &c. Unde Herodotus ſcribit: Δύναται δὲ κατὰ ἑλλάδα γλῶσσαν Δαρεῖος ἐρξείης, preſſor, coërcitor, &c.

## CAP. VIII.

# DE LINGUA ÆTHIOPICA.

1. EQUIDEM & de hac Lingua, ut vera fatear, jam plus non novi, præter ejusdem Alphabethum, ſupra æri inciſum & publicatum.

2. Eſt tamen p. t. penes me Liber precationum Abyſſinenſium Populorum, à Clariſſimo & Experientiſſimo viro, Dn. Jacobo Fezero, U. J D. & Incluti Senatus Norimbergenſis Conſiliarii, ab Oriente, paucis hinc annis, allatus, mecumquè mutuo communicatus, ad quem ſi adhuc unicum ſubſidium nactus fuero, poſtmodum & in illo ſtudium tentabo, nervoſque genii mei intendam.

3. Interim de eadem Lingua & ſcriptura notentur ſequentia.

4. Primum in Mithridate Geſneri pag. 5. fac. b. de Æthiopum ſcriptura Hieroglyphica leguntur ſequentia:

5. Sed de Æthiopum literis, quas Ægyptii ſacras vocant, dicendum. Sunt Ægyptiorum literæ variis animantibus, extremitatibuſque hominum atq; inſtrumentis, ſed præcipuè artificium, perſimiles. Non enim ſyllabarum compoſitione aut literis, verba eorum exprimuntur, ſed imaginum forma, earum ſignificatione, uſu memoriæ hominum tradita.

ta. Scribunt (pingunt) quidē accipitrem, crocodolum, ſerpentem, hominis oculum, manus faciem, & cætera cujusmodi. *A*ccipiter rem denotat citò factam, quoniam hæc aliarum fermè omnium avis ſit velociſſima. Transfertur hæc notatio ad domeſticas res, quæ velociter fiant. Crocodilus malum ſignificat; oculus juſtitiæ ſervator, & totius corporis interpretur cuſtos.

6. Et commentator ejusdem libri, Caſpar Waſerus, pag. 89. adjicit hæcce: *A*rabes vicini hodie vocant eos (Æthiopes) Chabaſſi vel Habaſſi: & nos inde, demptâ aſpiratione, *A*baſſenos vel, ut alii, *A*byſſinos: quanquam origine Ægyptiacâ, *A*byſſinos dictos tradant nonnulli à domibus, quas *A*baſſes Ægyptii appellent. Ipſi verò vocant ſe Chaldæos. Neque fruſtre.

7. Lingua enim elegantiſſima & vetuſtiſſima, qua libros ſacros & profanos conſcriptos habent, proximè abeſt à Chaldæa & *A*ſſyria. Colonias deinde multas ex *A*ſſyria in Æthiopiam, quæ *A*baſſenorum eſt regio, traductas refert vetus hiſtoria Eccleſiaſtica, & ex eadem Nicephorus lib. 9 cap. 18. & linguâ Chaldaicâ, etiam temporius Juſtiniani, eas uſas fuiſſe.

8. Eadem hiſtoria Eccleſiaſtica, & *A*xumitas eas vocat à Regia, nomine ἄξυμα, cujus etiam meminit Ptolomæus. Ipſi verò, ut teſtis eſt Franciſcus *A*lvarez itinerario libro, vocant Chaſchumo.

9. Commentator verò Geſnerianus, ſcilicet Caſpar Waſerus, talia adjicit pag 9. fac. b. Æthiopes proximè abſunt à Chaldæa & *A*ſſyria Lingua, itemque Hebraica, quam in Æthiopiam intulerunt Chri-

 ſtia-

ſtianorum reliquiæ. Hanc in multis mirificè congruere cum Hebræa, Chaldæa & Aſſyria, inductione benè longa comprobari poſſet. Verùm, qui linguas illas vel primoribus labris attigit, ex unico Orationis Dominicæ ſpecimine, mox ſubſecuturo, clariſſimè poteſt videre.

10. Æthiopiam Hebræi Cuſch appellant, & Æthiopes Cuſchim, à Chami filio. Joſephus lib. 1. antiquit. Jud. Chuſo quidem nihil nocuit tempus. Nam Æthiopes, quorum princeps fuit, hactenus, & à ſemetipſis & ab omnibus Aſianis Chuſæi vocitantur.

11 Græci verò Æthiopiã dicũt ab αἴθω, cuerno, uro, & ὄψ, ὀπὸς, viſus, aſpectus, facies, &c. Solis enim vicinitate incolæ ejus regionis ita torrentur, ut atro ſint colore, adeoq; e immutabili, ut παροιμιακῶς dixerit Propheta: An mutare poteſt Æthiops cutem ſuam, Jerem. 13. verſ. 20. & Græci: αἴθιοψ οὐ λευκαίνεται hoc eſt, Æthiops non albeſcit, de iis, qui ingenium non mutant ſuum, quicquid enim nativum, id non facilè mutatur.

Nota etiam ſunt: αἰθίοπα σμήχεις, Æthiopem lavas, &: αἰθίοπα λευκαίνεις, Æthiopem dealbas. Et: Æthiopem ex vultu judico, αἰθίοπα ἐκ τῆς ὄψεως γινώσκω, &c.

12. Cæterum Reges Æthiopum ante hos CCC. annos, in Aſia, præſertim in Dragiana, finibus Suſianæ in India & Sinis latè imperârunt, donec Imperatores Tartarorum eos imperio Aſiæ exuerunt.

Nam Abyſſini, qui Æthiopiæ ſunt incolæ, victi, & ex Sinarum regione pulſi ſunt primùm à Cingi, Tartarorum rege, interfecto Uncam, magno Æthio-

thiopum Imperatore: deinde Cincan, filius Cingis, & ejus filius Bathincan, omnes Abyſſinos penitus ex Moin, & Sinarum regno expulit, & in Africam fugere compulit: à quibus temporibus ejus Imperatoris notitia ad nos pervenit, ſed nomine preſtegiani, quod, Perſicâ Linguâ, quæ in tota ferè Aſia hodie locum habet, ut in Occidente Latina, ſignificat Apoſtolicum, quo nomine Chriſtianum regem & Orthodoxum intelligi conſtat.

13. Preſtegian enim ſonat Perſicè, numero plurali ἀπόστολοι: preſtegiani, cum Joth gentilitio, Hebræorum more, ἀποστολικός: padeſcha preſtegiani, Rex Apoſtolicus, hoc eſt, Rex Chriſtianus, Arabicè Melich reſſuli, Æthiopicè neguſch chawariawi, &c.

14. Magnum verò & latum ipſorum Æthiopum in Aſia fuiſſe imperium, indicio ſunt cruces Æthiopicæ, quæ in Giapan, Sinan, & alibi viſuntur.

15. Quin templum Thomæ Apoſtoli, in regione Maabar ſitum, nil niſi Æthiopicum habet, cruces, ſtructuram, & multa alia, &, quod mireris, nomen.

16. Nam neque Indicè, neque Perſicè, ſed Æthiopice appellatur Chavvarija, hoc eſt, Apoſtolus.

17. Oratio autem Dominica, Linguâ Æthiopica, tranſcripta ex Novo Teſtamento, Romæ olim impreſſo, ſic ſe habere fertur ab eodem Geſneri Mithridate, pag. 7. fac. a. *Abuna zaba ſchamajath-itkkadaſcha ſchmacha. tkomtZa mangeſthcha. ichun fakdachabathama baſchamai vabamdurni. ſchiſchajana Zalalo olathana habana jom. hodoglana abaſchana, chama nohbnana nobdog laZa abaſchalana. Veithbana uſchtha man-*

*manſchuth,ala adochnana uabalbhana omchulu ochui.oſchama ziacha jothi mangoſth hail vaſchobhhath lailama ilam. Amen.*

18. *A*llubeſcit etiam, hoc loco, recenſere Symbolum & Confeſſionem Simeonis juſti in eadem lingua Æthiopica verbis hiſce:

Joze toshoro lagaborcha ogozio bacham
*Nunc dimittis ſervum tuum Domine ſecundum*
azazocha baſalam àſama roia aoinotoia abno-
*verbū tuum in pace quia viderunt oculi mei ſal-*
tacha zaaſtadalocha Kodom chulu hozobocha
*re tuum, quod paraſti ante omnes populos*
cham tochaſto borhan laahozbo vachobra la-
*lumen in revelationem gentium & gloriam po-*
hozabocha Oſraël.
*puli tui Iſraël.*

19. *H*inc apparet Æthiopicam Linguam in multis congruere cum Hebraica.

20. Tandem, placet quoque huc tranſcribere Sebaſtiani Münſteriana verba, quæ in Grammatica ſua Chaldaica, de hac ipſa Lingua, memoriæ proditum reliquit.

21. Evulgatum eſt, ſcribit, ante paucos annos, operâ & diligentia Johannis Pocken Agrippinenſis Pſalterium quoddam, incognitis quidem, & antehac non viſis ſcriptum characteribus incertaq; Linguâ, quam quidam Indianam putant, alii Chaldaicam vocant: ipſe autem veram Chaldaicam aſſerit, nec ulli ſecus ſentire permittit, præſertim Judæorum auſcultatoribus. Deinde poſtquam Alphabethum hujus linguæ, & dictiones aliquot propoſuit, ſubdit: *H*as literas & ſyllabas Bernhardus Breitenba-

chius in ſuo Itinerario, ubi de Abaſinis ſive Indianis ſcribit, confuſo ordine poſuit, figurâ minimè à noſtris diſcrepante characteribus.

22. Ubi obiter eſt notandum, duplicem eſſe Indiam: Unam Orientalem, quæ ſcilicet in Aſia extremum occupat locum, cujus linguam & literas omninò ignoramus. Alia eſt India meridionalis, in Aphrica ſcilicet ſita, quæ ad Orientem habet mare rubrum, Arabiæ felici contermina, niſi quòd Arabicus interfluit ſinus. Porrò ad Septentrionem jungitur Ægypto, & ad Occidentem Æthiopiæ. Et eſt regio latiſſima, cujus populi quondam vocabantur Troglodita: hodie autem Abaſini & Indiani appellantur, viventes ſub potentiſſimo rege, quem vulgò presbyterum Johannem vocant, aut, quod magis crediderim, presbyterum Cohan, quod tàm Hebraicè, quàm Chaldaicè Sacerdotem ſonat.

23. *A*d hos itaque homines dictam ſpectare linguam, non modò Bernhardus Breitenbachius, verùm & Johan. Potken teſtatur, quorum ille *H*ieroſolymis, hic verò Romæ, homines Indianos conveniſſe, & *A*lphabethi eorum literas deſcripſiſſe fatentur.

24. Deinde, ut oſtendat, quantum hæc lingua à Chaldaica differat, ex Pſal. 86, ut Hebræi numerant, hunc verſum adſcribit: Miſerere mei Domine, quoniam ad te clamavi tota die: lætifica animam ſervi tui. Cujus Indiana interpretatio eſt iſthæc:

Taſahalani ogozio oſma ha becha ozarha chulô amira; Vuaaſtafaſoha la naphſcha gabrochà.

K 25. Chal-

25. Chaldaica verò ſic habet: *Hus alai Jehovah* ærum Kodomach æzalle kal joma: æhadenaphſcha deabdach:

26. Hoc eſt: Miſerere ſuper me, Domine, quoniam coram te orabo tota die: lætifica animam ſervi tui.

27. In hoc verſu, duas tantum voces reperies Indianæ linguæ, cum Chaldaicis congruentes, nempe chulo & lanaphſcha.

28. Sed ut clarius harum linguarum affinitas pateſcat, & diverſitas, apponit idem auctor, ex utraq; vocabula quædam cum rerum interpretatione iſthæc:

| *Indica.* | *Chaldaica.* | *Latina.* |
|---|---|---|
| Loboi | Libbi | Cor meum. |
| Zadok | Zaddiká | Juſtus. |
| Anta | Anté | Tu. |
| Modorna | Archaná | Terra noſtra. |
| Baſom | Berſchom | In nomine. |
| Booſi | Gabrá | Vir. |
| Amolacha | Elahá | Deus. |
| Dabra | Thurá | Mons. |
| Saboo | Enaſchá | Homo. |
| Oholo | Lachma | Panis. |
| Jon | Chamra | Vinum. |
| Beta | Bethá | Domus. |
| Gabarcha | Ebádta | Feciſti. |
| Sabartha | Tebártha | Fregiſti. |

29. *Hinc* facile eſt judicare linguam, quam Indianam vocant, non eſſe Chaldaicam: niſi contra clavem ſcripturam ſentire velis, Danielem, Onkelon, Jonathan & reliquos Orientales Interpretes, non Chaldaicè, ſed fortaſſis Callicuticè ſcripſiſſe.

30. Eſt

30. Eſt igitur lingua propria, & ſuæ genti peculiaris: tunc quidem cum Chaldaiſmo, nunc verò cum Hebraismo, nonnihil habens affinitatis, ſed plus cum utroque diverſitatis.

31. Proinde mihi videtur, addit ibidem Münſterus, ſi in ſenſu meo abundare permittor, eam Æthiopum eſſe linguam, ſicut & Abaſini ipſi non admodum ab Æthiopibus differre dicuntur: quanquam non neſciam, ipſos Judæos in ſuo Haruch, eam vocare linguam Iſmaëliticam. id quod dictiones nonnullæ indicant, quas ex hac lingua in Haruch ipſum retulerunt. Hucuſque Sebaſt. Münſterus.

## CAP. IX.

## DE LINGUA GRÆCA.

1. TALES erant Orientalium linguæ præcipuæ; ſequentur nunc *Occidentalium*, quæ longius ab *Hebræa* diſcedunt, &, veluti degeneres filii, à generis ſui nobilitate plurimùm deficiunt.

2. Hinc illis ſcriptio à ſiniſtra dextram verſus, Orientalibus contraria, aliis iterum forma, major figurarum numerus, diverſa pronunciatio, flexio, ἄλλη, καὶ πολύτροπος.

3. Ne tamen eædem contra primam & ſacram *Hebræorum* inſoleſcere occipiant: Agite, ponderemus earundem Idiomata quædam, & quænam alteri quid debeat, experiemur.

4. Duas autem, principaliores ſaltem, jam ſeligemus, *Græcam* ſcilicet & *Latinam*.

5. Græcorum πρωτόπλαςος, fuit Javan, filius Jephethi: ab eo enim Græcia nomen ſuum in ſcriptura *Hebræa* obtinuit יון, conteſtantibus Prophetis, Daniele 8, verſ. 21. cap. 10, verſ. 20. Joële 3. v. 11. & Zachar. 9, verſ. 13. Alexandrum Magnum præcisè principem Javan nominantibus. Idem etiam conſtat ex poſterorum Javanis ſede, Geneſ. 10, v. 2. & 4. 1 Chron. 1, verſ. 5 & 7. Et Joſeph. de Antiq. Jud. capite 11. lib. 1.

6. Horum à regni primordio lingua, quantum à pura Hebræa abfuerit, non conſtat: multis ſiquidem annis poſt ii vixerunt, qui nobis aliquid de rebus Græcorum literis conſignatum reliquerunt, puta *Homerum* antiquiſſimum Græciæ ſcriptorem, cujus ſeculum à Chronologo Setho Calviſio in annum Mundi 3074. ex ſententia Apollodori Grammatici & Euphorbii Hiſtorici, à Solino verò in 3024. rejicitur. Hunc ſeculi ſunt certatim reliqua Græciæ lumina, Philoſophi, Hiſtorici, Poëtæ omnium excellentiſſimi.

7. Illorum itaque ſcriptorum Linguam, quam etiam Apoſtoli & Legati Jeſu Chriſti doctrinam Novi Fœderis ad poſteritatem conſervarunt, ſi paulò penitius evolverimus, eam ortus ſui principium *Hebrææ* (obſcurius licet nonnihil præ Orientalibus) debere, inveniemus: negantibus id licet omnibus Græcis, de αὐτοχθονίᾳ καὶ πρωτοκλησίᾳ ſua contentioſiſſimis. Vide Joſephum contra *Appionem* Grammaticum.

8. Ob-

8. Obſcuriorem dico in his reducendi modum eſſe, eò quòd major literarum fuerit facta confuſio: aliæ enim ſunt miſtæ, aliæ tranſpoſitæ, aliæ inverſæ, aliæ abjectæ & viciſſim novæ, etiam ſyllabæ, adjectæ, & in quavis Lingua peculiaris nominum verborumque formatio aſſumpta eſt.

9. Hic ergo modus in ἀναλύσει dictionum obſervandus: miſta ſejungendo, tranſpoſita locis ſuis reſtituendo, inverſa convertendo, abjecta reddendo, adjecta auferendo, corrupta reſtituendo. "

10. Hoc autem ut citius & felicius animavertatur, oppidò neceſſe eſt, noſſe Dialectos principales, quas provinciæ regni Javanici olim uſurpabant, quarum quinque à Grammaticis & Lexicographis enumerantur; ſcilicet:

11. *Jonica*; cujus proprium eſt η pro α. Dicunt enim θύρην pro θύραν: circumflexas in duas partes dividere, ut ποιέειν, pro ποιεῖν: κ pro π, ut κῶς pro πῶς: tenues pro aſpiratis ſynalephis, ut ἐπορᾶν pro ἐφορᾶν: in quibusdam dictionibus auferunt, ut ποιέεσθαι pro ποιεῖσθαι. Et hac maximè uſus eſt *Homerus*, Herodotus & Hippocrates.

12. *Attica*, ut plurimum contractionibus gaudet, ut: θοἰμάτιον pro τὸ ἱμάτιον: dictiones indiviſim profert πατρῷον pro πατρώϊον: ρ & τ. loco σ, ut θάλαττα pro θάλασσα, γλῶττα pro γλῶσσα, θαρραλέως pro θαρσαλέως: υ pro ε, ut: τοὔργον pro τὸ ἔργον: pro σ verò ξ, idque in unica dictione σύν, ut: ξύμπας pro σύμπας: ξύμβολον pro σύμβολον.

13. Hac Athenienſes loquebantur, ſcribebant,

quales ſunt Demoſthenes, Iſocrates, Xenophon, Plato, Ariſtophanes.

14. *Dorica*, primùm contrariæ Ionicæ, α pro η adhibet, ut: ἁμέρα pro ἡμέρα: α pro ω, ut: μωσᾶν pro μωσῶν: pro fœmineo ſingulari, ſumit plurale, ut σοφὰς pro σοφὴν: ω pro ου, ut: μώσας pro μούσας: η pro ει, ut: ἰδῆν pro ἰδεῖν: nonnunquam & Jota detrahit diphthongo ει, ut ἦλθεν pro ἐλθεῖν.

15. Doricâ hâc uſi ſunt Siculi, Rhodii, Lacones, è quibus ſunt Theocritus & Pindarus.

16. *Æolica* Dialectus, frequenter acutas invertit, ut: π'ἔταμ@ pro ποταμός: quibuſdam nominibus generis fœminei, in caſu accuſandi addit jota, ut: καλαῖς pro καλάς: ω pro ου, ut: λιπῶσαι pro λιποῦσαι, λαλῶσαι pro λαλοῦσαι: ω pro ο, ut: ὤμοιον, pro ὅμοιον: Spiritus à principio attenuat, ut: ἡμέρα pro ἡμέρα: η pro ει, ut: μαθῆν, pro μαθεῖν: interdum ante ρ, collocant β, ut: βράκη, pro ῥάκη: pro gemino μ μ, geminum π π ſubſtituunt, ut: ὄππατα pro ὄμματα.

17. Hâc locuti ſunt homines Æolidis regionis in Aſia minori, ut & Sappho Lesbia.

18. Quinta & ultima Dialectus, dicitur *Communis*, quæ communem Præceptorum Grammaticalium ἀναλογίαν exprimit, quæque communiter in Græcia floruit. Ea enim omnes utebantur, & reliquarum loquela perficiebatur.

19. Diſcenda hæc potiſſimum nobis Chriſtianis eſt, ex libris Novi Teſtamenti, in quibus Spiritus Sanctus myſteria ſua hâc eâdem, ſimpliciſſimè expoſuit.

20. Non tamen interim repudiatis reliquis optimorum

morum Græcorum laboribus, in vita communi utiliſſimis.

21. Hæc de quinque Græcorum Dialectis, non promiſcuè, neque κατ᾽ παντὸς, de omnibus, totius Linguæ, dictionibus, ſed quibusdam tantum ita ab illis uſurpatis, dicta & accepta eſſe volo.

22. Qui verò plura, illarumque certas ſedes ſcire avet, is Lexicon Scapulæ Helleniſticum, Tractat. de Dialectis Græcorum & Verbis anomalicis, & CLariſſimum virum, Dn. M. Eraſmum Schmidt, Græcæ Linguæ & Mathematicarum Diſciplinarum Wittebergæ Profeſſorem laudatiſſimum, Præceptorem & hoſpitem olim meum etiamnum honorandum, in ſuo libello, de Dialectis Græcorum ulterius conſulat.

23. Hiſce ſubſtratis, nunc δεῖξις vocum nonnullarum Græcanicarum, ad Hebræam reducendarum, ſequitur; hanc verò in Philologiæ ſtudio aliàs excellentiſſimus vir, Chriſtianus Becmannus, libro ſuo de Originibus Linguæ Latinæ eruditiſſimo, nobis præmonſtrantam dedit abundè, è quibus tu haſce penſicula ſubſequentes numero quinquaginta.

24. ἀγέλη, grex, armentum, ab Hebr. עֵגֶל vel עֶגְלָה vitulus.

ἀγαπᾷν, ab עָגַב, adamavit.

ἅλλεσθαι, ab עָלָה, aſcendit.

αἰθὴρ, ab אַדִּיר, illuſtris, ſplendidus, clarus.

ἄγχος, ex אַגָּן, vas latum & profundum.

ἀράχνης, ex אָרַג texuit.

ἀγχένη,

ἀγχόνη ſtrangulatio, ex אֲנָחָה ſuſpirium, quod ex
אָנַח gemuit.

ἄλκιμος fortis, ex אַלְקוּם invictus.

ἄσιλος ex אֵשֶׁל nemus.

ἅμα ab עִם cum, ſimul.

βωμὸς ara, ex בָּמוֹת excelſum.

βάττος à בָּטָה effutiit.

βράχω ſono, crepo, בָּרַק fulminavit.

βυσὸς à בּוּץ byſſus.

βάταλος mollis, ex בָּטַל mollis fuit, ceſſavit.

γῦρος gyrus ex גָּהַר giravit, procubuit.

γῆρες ceres, ex גֶּרֶשׂ ſpica.

γλάφω abſcindo, ex גַּלָּב tonſor.

δονῶ agito â נוד inverſo, idem ſignificante.

δαψιλὴς largus, copioſus, à דְּבַשׁ melle, quod uſurpatur etiam pro quovis edulio largo.

Δία Juppiter à דַּי ſufficiens.

δεινὸς gravis à דִּין judicavit.

δασὺς denſus à דָּשֵׁן pinguis.

ἔρως amor ex רָעָה conſociavit ſe.

ἔλαφος cervus ex מַיִל idem ſignificante.

ἐρίζειν ex אֲרֶשֶׁת contentio.

Ἶσις DEA, olim religioſè culta, videtur compoſitum ex אֵשׁ ignis, & nomine Jehovæh con-

tra-

tracto יָהּ Jah, q. d. ignis Deo ſacer, quem antiquitus Perſæ & Chaldei colebant.

ζόφος tenebræ ex צָפַן abſcondidit.

ζημία damnum à זָהַם faſtidivit.

ζιζάνιον ex צִיץ flos, nomen generale.

ἡδονή voluptas ex עֵדֶן idem ſignificante.

ἠλύσιον q. d. אֵל אֶשֶׁל Dei hortus aut nemus.

ἧπαρ epar, ex מְדַר inteſtina.

θῶκος ſedes à תָּכָה ſedit, ſed in kal Eberinis inuſitato.

θαῦμα miraculum, à תָּמַהּ obſtupuit.

θεραπεύω famulor & ſano, תְּרָפִים dii gentium ſic dicti, quia illos homines colebant, & de valetudine conſulebant.

θηρεύειν venor, & Metaphoricè inſector à תּוּר inquiſivit, intuitus eſt.

θύμα ſuffimentum ab עָתַם ſuffivit, vaporavit.

θυρῶ fores claudo ab אָטַר occluſit.

καλεῖν vocare à קוֹל vox.

κυλίω volvo ex גָּלַל idem denotante.

κύρκος circus à כִּכָּר orbis.

κιθάρα cithara ex כִּנּוֹרָה idem.

κροτεῖν pulſo ex כָּרַת percuſſit.

κόρος ſatietas ex כַּר paſcuum.

κρύπτω abſcondo; ex חָרַר recondidit in foramen.

καθαρὸς purus à טָהַר purus fuit.

κῦμα fluctus ex גְּמָא ſorpſit celeri curſu.

Ἰλάω perfero, ex לָאָה idem.

χολὴ bilis ex חֳלִי morbus. Et alia ſimiliæ ſexcenta.

25. Coronidis loco, placeat & in hac ſacrata lingua Orationem Dominicam ex S. Evangeliſta Matthæo huc tranſcribere c. 6. à verſu 10.

*Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά*
*Pater noſter, qui es in cœlis. Sanctificetur nomen*
*σου. ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. γενηθήτω τὸ θέλημά σου,*
*tuũ. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua,*
*ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν*
*ſicut in cœlo & in terrâ. Panem noſtrum quo-*
*ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον. καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα*
*tidianum da nobis hodie. Et remitte nobis debita*
*ἡμῶν ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. Καὶ*
*noſtra, ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris. Et*
*μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν. ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ*
*ne inducas nos in tentationem. Sed libera nos à*
*τοῦ πονηροῦ ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ*
*malo. Quia tuum eſt regnum & potentia & glo-*
*δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.*
*ria in ſecula ſeculorum, Amen.*

Atque hæc h. l. de Lingua Helloniſtica ſcripta & dicta ſufficiant, quæ *δοξολογίᾳ* Apoſtolicâ concludimus iſthâc præcurtâ.

*Τῷ θεῷ τιμὴ, δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν*, 1 Timoth. 1, v. 17.

CAP. I.

## CAP. X.

# DE LINGUA LATINA.

1. LATINORUM Linguam (prout nunc ſcriptis doctorum virorum excolitur, & eruditorum ore per univerſum orbem Europæum uſurpatur) in prima ſtatim γλωττογονίᾳ ortam eſſe, affirmare vix auſim.

2. Deficiunt enim me heic auctoritates, id ipſum affirmantes; obſunt itidem negantes.

3. Negantium ratio exinde ſumitur, quod Latini generationem ſuam deferre cogantur Aboriginibus, genti Græciæ, ex Oenotriis oriundæ (nomine iſthoc ab Hebræo יין h. e. vino derivato) qui A. Mundi 2321. teſte Dionyſio Halicarnaſſeo lib. 1. Rom. Antiquit. c. 2. 6. & 11. ex peloponeſo profugi, ſedes in Italia fixerunt ſuos; quam deinde Heſperiam (vide Virgilium lib. 1. Æneidos) à ſitu nuncupârunt. Horum comites erunt & alii populi: è Theſſalis Pelaſgi, ex Arcadia comites Evādrii: è peloponeſo Pheneatæ & Epei Ebidenſes. Teſtibus Chriſt. Becmanno, Golzio, Peucero, Plin. lib. 4. cap. 6. Hiſtoriæ Naturalis.

4. Fuerunt autem Coloniæ iſthæ translatæ, anno ante bellum Trojanum circiter ſexaginta, uti iterum meminit prænominatus Dionyſ. Halicarnaſſeus.

5. Hujus itaque regni principium, quia 560, & quod excurrit, annis demum poſt Confuſionem Babylonicam factum eſt, nulli nos & illam Linguam Latinorum, & alias, poſt varias populorum mixtiones, ex græca promanaſſe dubitamus.

6. Teſtatur hoc ipſum ex Veteribus biga virorum ἀξιόπιστος, ſcilicet Plinius & Dionyſius Halicarnaſſeus.

7. Ille; lib. 7. c. 58. N. H. de literis Latinis ſcribit iſthæc: Veteres græcas literas fuiſſe eaſdem penè, quæ nunc Latinæ, indicio erit Delphica tabula antiqui æris, quæ eſt hodie in Palatio, dono principum Minervæ dicata in Bibliotheca, cum inſcriptione tali: Ναυσικράτης εὐξάμενος ἀθηναῖος κόρᾳ καὶ ἀθηναίᾳ ἀνέθηκεν.

„ 8. Hic, in libro primo Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας c. 11.
„ græcis in Latinum tranſlatis hæc: Romani Lin-
„ guam neque extremè barbaram, neque exactè
„ græcam loquuntur, ſed mixtam quandam ex u-
„ traque: eaque maximam partem Æolica eſt. Hoc
„ tantùm vitii habenter ex multa mixtione, quod
„ non omnibus ſonis rectè pronuncient.

9. Ex recentioribus idem ſentiunt Julius C. Scaliger, lib. 1. c. 29 LL. & ejuſdem filius Joſephus Scaliger in Feſtum, qui Origines ſermonis Latini, ſi non omnes, attamen plurimas è Græcis petendas eſſe, decernunt.

10. Sed quid auctoritatibus heic depugnamus, ipſam L. Latinam intueamur, & manifeſtò eam è Græca promanaſſe deprehendemus.

11. Deprehendimus autem hanc non tantum à Græca, & mediante eâdem, ſed per ſe quoq; in pluribus dictionibus ab Hebræa profectum eſſe.

12. In-

12. Innumera hujus enunciati exempla in theatrum producere poſſem, niſi brevitati ſtuderem.

13. Sufficiat autem viciniſſimas quasdam Hebræis enumeraſſe, quæ ſequuntur:

Ager ab אִכָּר agricola.
Agger ab אָגַר congeſſit.
*Æ*ſtus ab אֵשׁ ignis.
*Æ*tas ab עֵת tempus.
Albus à לָבָן idem.
Aſellus ab עָצֵל piger fuit.
Auco ab אִוָּה expetivit.
Balæna à בָּלַע abſorpſit.
Bruta à בְּרוּת idem.
Balſamum ex בַּעַל שֶׁמֶן q. d. dominus unguenti, h. e. precioſiſſimum oleum.
Cadus ex כַּד idem.
Calumnia, ex כָּלַם in *Hiphil* putefecit, ignominia affecit.
Cumelus ex גָּמָל idem.
Capula à קַבָּלָה acceptio.
Ciſta à כִּיס loculus.
Carbaſus à כַּרְפַּס Carbaſinum, viride.
Caverna à קָבַר excavavit.
Calere à קָלָה torruit.
Cirrus à צְרוֹר faſciæ.
Corus à כֹּר genus itidem menſuræ.
Dapes à דְּבַשׁ mel.

Dominus à דּוּם in Piel, compeſcuit, domuit.

Emolumentum ab עָמַל laboravit.

Fatuus à פָּתָא ſimplex fuit.

Frico à בָּרַק fulguravit.

Far à בָּרַר delegit, cauſa recreationis, lautiores (cibos.

Floccus à בָּרַק exinanivit.

Falco à פָּלַח diſſecuit, id enim avis iſta ſuis unguibus perficit.

Gibbus ex גִּבֵּן idem indicante.

Glomus à גֹּלֶם involucrum.

Lego ex לַהַג lectio, intentio, ſtudium.

Legare ab inuſitato לאך, unde nobis in bibliis ſacris reliquum eſt מַלְאָךְ legatus, angelus.

Lancea à לָקַח accepit.

Macies à מָקַק tenuem eſſe.

Pallas à פָּלָא inuſitato jam nobis in Kal, in Niphal verò mirabilis fuit.

Tardus à טָרַד per αἴλιφρον continuavit.

Ructavit à יָרַק ſpuit, exſpuit.

Rana à רָנָה ſonuit.

Vulcanus, idem fuit & nomine & re cum תּוּבַל־קַיִן Tubalcain.

14. Hæc ex Hebræa: ex Græca ſimiliter infinita enumerari poſſent; ſed nos hiſce, pro tempore & occaſione, παραδείγμασι contenti cum noſtro Scaligero, ſi non omnium, plurimarum tamen dictionum Originationem, in Lingua Latina niſi ea fundetur vel in Græ-

Græca, vel Hebræa, haud quaquam acceptandam eſſe concludimus.

15. Cæteras verò hujus Linguæ Dialectos, veluti matricis majoris, ut à Scaligero, in Epiſtola ad Paulum Merulam, vocatur, difficilius nonnihil obſervabis. In tres enim potiores locutio Romana, ex Barbarorum incurſione & immixtione, diviſa eſt: in *Italicam, Gallicam & Hiſpanicam.*

16. Ex his *Italica* à Latino facilè intelligitur, ſicuti & Gallica tardiꝰ prolata (quod tamē reſpuere videtur) à Germano-Latino faciliimè percipitur. Incolæ enim Galliæ moderni origine Franci (unde à quibusdam FrancoGalli indigitantur) Germani ſunt, quare etiã in plurimis Germanorum conſtructionem æmulantur, ut; I'ay fait, ego habeo feci, Jch habe gethan: Je enim ego, ay habeo & fait feci, ex infinito verbo faire, quod facere ſignificat. Videſis Actorum 26, v. 10. & Rom. 4, v. 21. & 1 Tim. 1, v. 13. entant que je l'ai fait par ignorance, Dann ich habe unwiſſend gethan im Unglauben Jac. 2, v. 8. vous faites bien, vos facitis bene, ihr thut wol.

17. Difficilimum verò in Lingua Gallorum eſt lectio: rariſſimè ſiquidem literæ, uti ſcribuntur, moventur, ſed pro diverſitate συζυγίας, nunc ſuum nativum, nunc alienum, ut I & G, immediate ante vocales poſitæ, edunt ſonum, ſicut Hebræum ש, vel Germanorum Sch. Je enim movetur, quaſi ſcriberetur ſche, & Lange, lingua, ac ſi eſſet lanſche, &c.

18. Et quia in juventute mea, ante vicenos annos, animus & mens flagrabat deſiderio diſcendi hanc tẽ Gallorum Linguã, & oportunè ſeſe tunc mihi offerebar

bat Wittebergæ Optumus ille Gallorum vir dominus Abrahamus de La Faye, Sabaudus, Theologi Antonii Faii filius placebat mihi cum aliis, binos menſes ejusdem inſtitutioni Gallicæ privatim attribuere.

19. Simulac verò ex ejuſdem prælectionibus deprehendi idipſum, quod modò aſſerui, nempe difficillimum omnium eſſe in Lingua Gallorum, ejusdem pronunciationem genuinam addiſcere. Itaq; ſtudioſiſſimè eandem partem ab eodem percepi, eamq; illicò meâ conſuetâ methodo diſtruxi, atq; huc tranſponi curavi. Num verò omne punctum eo ipſo ambo nos tulerimus, judicio eruditorum Gallorum, aut ſtabimus aut caſuri ſumus.

20. Dum igitur apud Gallos ſæpius aliter, quã ſcribuntur, leguntur, paucas itaq, & quidem breviſſimas Regulas, genuinam eorũdem pronunciationẽ monſtrantes, Gallica puritas potiſſimum requirit, iſthas.

## *REGULÆ GENERALES PRO-nunciationis Gallicanæ.*

I.

21. A' Gallicæ Linguæ pronunciatioñe tum gravitas, tum tarditas, reliquis Linguis, imprimis Germanicæ uſitata, procul abſit.

II.

22. Summo ſtudio cavendum eſt, ne literæ in pronunciando confundantur: aliàs enim & ſignificata permiſcebuntur, ut: bierre capulus, Pierre Petrus. Bercer cunis agitare, percer perforare. Dancer ſaltare, tancer objurgare. Donner dare, tonner detonare. Fault oportet, vault valet. Fille filia, ville urbs.

III.

23. Duæ vel tres vocales, extra infinitum in IER, cum derivatis, & nomina à Latinis in JOSUS, deducta, concurrentes, in unam ſyllabam contrahi debent, ut; Rox Rex, beau pulcer.

IV.

24. Duarum literarum ejuſdem ſpeciei concurrentium, altera quieſcit, & altera denſatur parum, ut: aage ætas, belle puælle egregia virgo.

V.

25. Literæ hæ quinque: D, L, P, S, T, in medio conſonantem antecedentes, dictionemque non incipientes, in merè Gallicis, ſemper quieſcunt, ut: tresbon, effertur trebon, diſcourir verò peregrinum ex Latino diſcurrere permanet, ut ſcribitur ita & legitur.

VI.

26. Præter liquidas quattor: L, M, N, R, & duas mutas C, F, in fine dictionis omnes conſonantes, ſequente alia conſonante, abſque diſtinctionis nota, interveniente, reticentur.

NOTA.

27. Unica heic vocala pied, h. e. pes, excipitur, illa enim quacunque litera ſubſequente, ſemper abjicit D.

*REGULÆ EJUSDEM SPECIALES.*

I. DE VOCALIBUS.

A.

28. Hoc eſt vel mobile, vel immobile.

Mobile, eundem ſonum, qui Latinorum, retinens vel longam efficit ſyllabam vel brevem.

M 29. Lon-

29. Longam, ut: audāce audācia: miſerāble miſerabilis.

30. Brevem frequentius, ut: Văche vacca, Ămour amor, ămie amica.

31. Immobile eſt, ante O, ut: paon pavò.

32. Hinc plurimi ſcribunt Saoul ſatur, quod pronunciatur Sou. Item paour in antiquis, quod ſignificat metum, pro quo nunc ſcribimus & efferimus peur.

E.

33. Eſt vel mobile vel immobile.

34. Mobile rurſus eſt vel juxta ſcriptionem, immutationem.

35. Juxta ſcriptionem, eſt vel longum, vel breve.

36. Longum dicitur E Maſculinum, idque vel eſt purè maſculinum vel medium.

37. Purè maſculinũ (quod & E apertum vocant) ſonũ obtinet ex A & E, fœminino aliquo modo mixtũ.

38. Fitq;, quando geminum LL, SS, ST, & R (præter infinitũ primæ Conjugationis aymer, cujus E maſculinè effertur) ſequitur, ut: pucelle puella, princeſſe principiſſa Eſtre, eſſe, terme terminus.

39. Maſculinum medium (quod & Latinum dicitur) ſonat, veluti hæc Latina: Docere, Legere.

40. Sedem habet, tum in medio, tum in fine.

41. In medio, ut aſſiduellement.

42. In fine, idque Galli notant accentu ut: Verité.

43. Breve (aliàs E fœmininum dictum) ſolummodo in fine, propter ſonum leniter fluentem, locum habet, ut: ſage ſapiens.

44. Differt hoc à medio longo ſolo accentu:

45. Illud enim acuto, hoc notatur nullo.

46. Jux-

46 Juxta Immutationem verò dupliciter:

¹· Ut A, præcedens literam M vel N, in eadem ſyllaba mobili, ut: amiablement, qs. amiablemant, h.e. amicè.

²· Ut I, in omnibus iis, quæ deſinunt in IEN, ut: ancien lien, moxen opera, doyen fiens, quotidien, chien canis. Qualia plerunque ſunt Gentilia, ut: Pariſien, Chriſtien, Savoyen. Item pronomine poſſeſſiva: Mien meus, tien tuus, ſien ſuus. Quæ omnia, ac ſi duplici I exarata eſſent, efferuntur.

48. Immobile eſt, ante O & A, præcædente C vel G, ut: Commenceons, mangeons, q.d. commenſons, manſons.

49. Interponitur itaque ibi locorum E quieſcens, ut C vel G ſonus durior aliâs ante A, O, & U aliquo modo emolliatur.

I.

50. Eſt vel mobile, vel immobile.

51. Mobile eſt, cum in medio dictionis, tum ante I accentu productó, ut Heretique, Mamie amica.

52. Retinet autem tenuiſſimum illum ſonum, quem & Latini, ut: felicité felicitas.

53. Scribitur interdum ejus lo Y, imprimis in diphthongis, ut: aymer amare.

54. Et hoc Y, ſimilem ſibi cum I ſimplici pronunciationem vendicat, ſoletque tum in principio, tum in medio inter duas vocales, ne pro conſonante habeatur, poni, ut: yeux oculi, yure ebrius.

55. Adhibetur quòque in fine, ut moy, toy, ſoy.

56. Immobile eſt ante duplex LL. in medio, quod molle appellant, præcedente A vel E aut diphthongo EU vel OU, ut; caille coturnix oreille auricula.

O.

57. Eſt hoc mobile vel immobile.

58. Mobile, eodem modo, quo apud Latinos.

59. Immobile, quoties ſaltem originis gratia interſeritur, ut: oeure, boeuf, oeil.

U.

60. Vocalis U, mobilis eſt & quieſcens.

61. Mobilis, cum in principio, tum in medio, tum etiam in fine, ut: Unique Unigenitus, eſtudier ſtudere, vertu virtus.

62. In his pronunciatur U velut Y Græcorum, vel ü Germanorum, ut κύριος, üben.

63. Quieſcens eſt (quod dici poteſt diſcriminale) duobus modis.

I. Præcedente G, & ſequente E vel I, ut Languir.

II. Præcedente C & ſequente E U diphthongo, ut coeur Cor. In his enim adſcribi conſuevit, ne C vel G legatur ut S, quod aliâs ante ejuſmodi vocales fieri ſolet.

## II. DE CONSONANTIBUS.

B

64. Conſonans hæc eſt mobilis & quieſcens.

65. Mobilis eſt, 1. ſemper, quando immediatè cum vocali concurrit, ut bonne bona.

2. Cum mediatè per conſonantes L, R, S, T, Sc. ST, I & U, præcedente A, vel O, eoque vel ſolo vel juncto U vocalibus conjungitur, ut: obligation, oublier, abſent, abſtenir, obſcur, obſtacle.

66. Sed in his omnibus molliſſimo & tenuiſſimo ſono, ita ut vix audiri queat, ſtudendum eſt.

67. Quieſcens 1. in præpoſitionibus ſoubs, diſſoubs h. e ſub & ſubter.

2. Quo-

68. Quoties teſtandæ originis gratia ſcribitur, ut; libure, qs. liure, liber.

C.

69. Eſt & hoc mobile, & quieſcens.

70. Mobile, vel juxta ſuam ſcriptionem, vel immutationem.

71. Juxta ſcriptionem, præcedens ſcilicet literas A, O, U. vel diphthongos AU, OU. UX. virgulâ ſemicirculi infra ſcripti deſtituta coincidit tunc cum ſono Latino, ut: Cas, caſus, cauſe, cauſa, comme, quomodo?

72. Juxta immutationem verò, movetur dupliciter:

1. Ante E & I, legitur ut S Latinum, ſibilo quodam adhibito, ut: cela, cecx, icx, qſ. ſela,

2. Annexam habens aſpirationem H in purè Gallicis, non ſequente R (in iis enim, quæ à Latinis veniunt, & his, quæ R habent conjunctum, H quieſcit) effertur ſono craſſo quemadmodum ש, Schin Hebræorum (nunquam enim ut X Græcorum) chair caro, changer mutare (Chriſt qſ. Crit, ſepulchre, ſepulcre, cholere colere)

73. Quieſcens eſt in verè Gallicis, & multum à Latinis differentibus, ſemper ante T & Q ut faict factum, dict dictum, qſ. acquiriter, ſolvere æs alienum.

D.

74. D mobile eſt & quieſcens.

75. Mobile, eſt vel ſpiritus lenioris, vel aſperioris.

76. Lenioris, in principio, ut: digne, dignus, debuoir, officium.

77. Aſperioris, eſt in fine, ſequente dictione à vocali incipiente (aliâs enim quieſcit) ubi idem, qui T ſonus eſt adhibendus, ut Gaillard alacris, paillard ſcortator.

78. Cur autem ibidem etiam non ſcribatur T, in caufa eſt ἀναλογία derivativorum.

79. Quieſcens eſt, quando antecedit conſonantes I, M, V, ut: adjuger adjudicare, adjuſter addere.

F.

80. Mobile eſt & quieſcens.

81. Quieſcens, quod ſubſequitur V conſonans, ut viſve, brefue.

82. Mobile autem, aliâs ubiq; & ſemper, & ſonum præſefert ſimilem φ Græcorum, ut: faire, facere.

G.

83. Mobile eſt & quieſcens.

84. Mobile, ſono vel proprio, vel adulterino. Proprio, ante A, O V, verum ſonum retinet ſuũ ut:

85. Gaule Gallia, goutte gutta goſier.

86. Adulterino, [1] immediatè præcedens vocalẽ vel E, vel I, effertur veluti ש ſchin Hebræorum, ut: manger, edere, quaſi legeres manſcher.

87. [2] Inter vocalẽ quamcunq; & N ſi tum madidã vocem generat, ita ut G, literæ N poſtpoſitum, ut I Latinum conſonum legi quodammodo videatur, ut: compagnon ſocius, qs. leg. companjon.

Eundem quoque ſonum retinet inter duo N, ut; beſongner laborare, quaſi beſonjer.

88. Quieſcens, interdum ſequente N, ut: cognoiſtre cognoſcere.

H.

89 Hæc aſpirationis nota, itidẽ quieſcens eſt & mobilis.

90. Mo-

90. Mobilis, [1] In vocibus verè Gallicis, ut: Honte pudor, hardi audax.

91. [2] In illis, quæ ortum ſuum habent à Latinis initio nō aſpiratis, ut: hault altus haulteſſe altitudo.

92. Quieſcens, I in illis, quæ à Latinis & Græcis aſpiratis, vel à principio, vel medio oriuntur, ut Hiſtorien, qs. Iſtoriē, habitre habitare, Jehan Johannes.

*Excipe.*

93. [1] Nomina propria, aſpirata à principio, virorum, Urbium & regionum, ut: Henry, Hector, Hollande.

94 Item duo appellativa Hareng. Halec & *H*arpe.

[2] Poſt C ſequente R, ut: ſepulchre, qs. ſepulcre.

[3] Ante diphthongum UI, ut: huict cum derivatis dixhuict octodecim. Huile oleum, quæ efferuntur uict & uile.

L.

95. L. hoc, mobile eſt & quieſcens.

Mobile, idque motu vel proprio vel adulterino.

96 Proprio; vel in principio, vel medio, vel fine etiam dictionis, poſt vocalem A, E, O, ſive ſimplex, ſive compoſitum id ſit, effertur ut L, ſono ſuo nativo molli, ut: Querelle querela, molle mollis, folie, ſtultitia.

79. Motu verò adulterino dupliciter: [1] Geminatū ſequens vocalem I, pronunciatur ita, ut cum vocale ſequente, in diphthongum coaleſcere, videatur, ut: Chenille, qs. ſcriberetur ſchenilie, pillier eruca, fourmiller formicarum inſtar.

*Exceptio.*

98. Excipe Ville, urbs, in qua ſonat L ſingulare ut à ſe-

fœminæo adjectivo vile, vilis, diſcernatur.

99. ². In his monoſyllabicis Fol, Col, Mol, Sol, mutatur in U, hoc pacto: Fou, Cou, Mou, Sou.

100. Huc refer dictionem diphthongam Saoul, ſatur, quam itidem pronunciamus per ſou.

101. Quieſcens eſt, ubi præcedit illud diphthongus EI, EU, vel AU, & ſequitur X vel T, ut: Mieulx, ceulx, veult, aultre, Eſpeaultre ſpelta.

M.

102. M ſonum habet genuinum vel adulterinum.

103. Genuinum, ab initio, cujus ſonus compreſſis labiis editur, ut: Moulin, miroir.

104. Adulterinum, ſyllabam finiens vel in medio dictionis, vel in fine convenit cum N, ut; temporel nom, q. d. tanporel non.

N.

105. N mobile eſt, & immobile.

106. Mobile, ſono vel proprio, vel adulterino.

107. Sono proprio ¹. in principio dictionis, ut ne pas.

². In fine dictionis proprio quidem, ſed molliori pauliſper eſt efferendum, ut: mon pere.

*Obſervatio.*

108. N finale in oratione non diſtincta, ſequente vocali, adhæret dictioni ſequenti, ut: omena parle, mihi quid de illa re dictum eſt.

109. Quod ita effertur, ac ſi eſſet ſcriptum omenna parle, pro eo, quod Pariſienſium vulgus pronunciat On me na parlé.

110. Adulterino, intra ipſam dictionem A, vel ultimam dictionis ſyllabam incipiens, ſæpe ſonum

quen-

quendam edit mollem, præcedente G, ut: gagna qs. ganja, lucratus eſt.

111. Immobile, in tertiis perſonis pluralis numeri Indicativi, deſinentibus in E fœmininum cum NT, tunc N ſemper quieſcit, ut; ayment, qs. aymet, amant.

P.

112. P. Hoc movetur & quieſcit.

113. Movetur. & in principio, & in fine dictionis, extra Orationis ſeriem.)

114. In Principio, ut: pere pater, preſter mutuo dare.

115. In fine, in pauciſſimis, ut: Hip, Interjectio, quæ ſaltantis alacritatem indicat. Hop verò aliquem inclamantis & vetere voce jam obſoleta Hanap. Item cap promontoriũ, coup ictus, beaucoup multum, ſcp vitis.

116. Quieſcit: [1] ſemper præcedens literam S vel T, ut: hanaps, ceps, temps, ſept, compte promptus.

117. [2] à nonnullis P ſcribitur inter E & U, ne E cum E U ſequente confundatur, ut: enſepuelir. ſepelire. Melius tamen omitteretur, quia aliâs U poſitum inter duas vocales, conſonantis naturam induit, uti infra docebitur.

Q.

118. Hæc Ubique & ſemper ut K Germanorum ſonat.

119. Sunt autem hoc loco regulæ notandæ tres;
[1] Q nunquam abſque U ſcribitur.
[2] Niſi vocali aliqua adjuncta Q. U. nunquam abſolvunt ſyllabam.
[3] Nunquã, præter unicum coq, dictionẽ claudit.

N. R. Li-

R.

120. Litera hæc ſemper & ubique genuino ſuo ſono effertur, ut: Roy, rendre.

S.

121. Hæc vel mobilis eſt, vel quieſcens.

122. Mobilis, 1. dictionem incipiens, quacunque vocali, vel conſona ſequente, ut: ſage ſapiens, ſigne ſignū, ſpecialement ſpeciatim, ſpirituel, ſpiritualis.

2. In medio inter duas vocales conſtituta, ut: plaiſir beneplacitum.

123. In illis effertur nativo ſibilo, in his verò (extra compoſita, quæ primam retinent) ut Z ſive ſigma Græcorum ſonat.

124. Quieſcens eſt, in medio dictionis, ante quasvis conſonantes, vocalibus E & O, vel diphthongis quibusvis præcedentibus poſitum, ut: tresbon, blaſme blaſphemia, bleſme amore pallidus.

*Exceptiones.*

125. Pauca, quæ in ST deſinunt, integrè ſonant.

1. Paſtorelle, Geſte, peſte, eſte, moleſte, celeſte.

2. Præcedente I, præter Giſter & giſte, h. e. locus ubi lepus jacet, & ſecundas perſonas plurales præteriti perfecti ſimplicis in ISTES, ut: fiſtes, ſemper legitur, ut: miſte homo elegans, Hiſtoire.

3. Poſte poſtis, poſter curſorem agere.

4. U antegrediente, ut: Juſte juſtus, ruſtre temerarius.

*Obſervationes.*

126. 1. In vocabulo ILS, pronomine plurali S, ſive vocale, ſive conſona ſequente, ſemper quieſcit.

127. 2. Quum duo aut plura vocabula in S deſinentia, contigua ſunt, tum in prioribus S quieſcit, in poſtre-

poſtremo verò, pronunciatur, etſi conſonans ſequatur, ut: Nous ſommes toutes trois pucelles dit.

T.

128. Hoc itidem movetur & quieſcit.

Movetur, in dictionibus, quæ illud habent, vel non habent.

129. Quæ habent, vel ab initio, vel medio.

Ab initio. ut: teſtament. Et hîc ſemper ſuo ſono nativo ac duriori.

*130. In medio, in Latinis & Gallicis in TIO, præcedente quacunque vocali vel conſona, præter S, effertur ut S, ut nation, condition, execution affection, mention (in combuſtion verò manet in ſono ſuo genuino) Quieſcit, cum Regula generali, ſupra traditâ, ſemper in particula ET, quacunque etiam literâ ſequente.

U.

131. U. conſonans, ſemper & ubiq; mobile cenſetur, legiturque quaſi W. Germanorum, ſive Latinorum U Ramiſticum, quihandam dictum, in vado, ut: Vic, volonte, verite.

*Obſervationes.*

132. [1] Quando duplex U, in media dictione occurrit, prius vocalis, poſterius cõſonans pene ſemper eſt.

133. [2] Eſt etiam conſonans ante vocalem ab initio ſyllabæ (ſive à fronte, ſive intra dictionem) & literam R (niſi fortè R incipiat dictionem, ut: courir currere, & courrir tegre) ut uray verum, poure paupertas.

X.

134. X ſemper legitur, ſed ſono diſtincto.

[1] In principio & medio legitur durius qs. CS: in-

terdum etiam, præſertim inter duas vocales, ut Z Gallicum, ut: Xerxes, Xenophon, Xenocrates.

2. In fine nihil differt ab S, ut voix, vox, yeulx oculi, vereux, henteux.

Z.

135. Valet ultima hæc Alphabethi litera, in principio, medio & fine, idem quod S vel T Dſám Hebræorum, & plerunque locum habet in peregrinis, ut: Zizanie, Zele.

NOTA.

136. Quod ſi in fine vocabuli reperitur, producit ſyllabam, id quod fieri plerunque ſolet in verbis pluralibus, ut avez vous.

137. Et hæc hactenus, de Lectione & pronuntiatione Gallorum, dicta ſufficiant.

138. De Gallorum iſthac Lingua, Mithridates Geſnerianus pagina 25. f. a. talia refert: Francorum hodierna lingua, ex duabus linguas eſt: ex priſca Cellica, & Romana in qua Romana tamen, quod ad themata attinet, dominatur.

139. Placeat tandem, ſub finem hujus Linguæ, in eadem percipere *Orationum Dominicam*, quam nobis Theodorus Beza in ſua vernacula, Matth. 6, à v. 9. verbis tradit hiſce:

*Noſtre pere, qui es cieux, Ton Nom ſoit ſanctifié. Ton regne viene. Ta volonté ſoit faire ainſi en la terre comme au ciel. Donne-nous aujourd' hui noſtre pain quotidien. Et nous quitte nos dettes, comme anſai nous les quittons à nos detteurs. Et ne nous indui point en tentation. Mais nous diliure du malin. Car à toi eſt le regne, & la puiſſance, & la gloire à jamais, Amen.*

140. Ali-

140. Aliâs, in eadem Lingua communi, ita eandem efferre ſolent:

*Noſtre pere, qui es és cieulx. Ton nom ſoit ſanctifié. ton regne viene, ta volonté ſoit faicte ainſi en la terre comme au ciel. noſtre pain quotidian donne nous aujordhuy & pardonne nous noz offenſes, ainſi que nous pardonnens à ceulx, qui nous ont offensé & ne nous induy point en tentation: mais nous deliure du maling. Car a toy eſt le regne, la puiſſance, la gloire, aux ſiecles de ſiecles, Amen.*

141. De *Italorum* modernorum Lingua, noſter Mithridates Geſnerianus pagina 64 facie a, verba facit in hunc modum: Italorum Lingua à Latina vetere corrupta eſt, ut diximus, Barbarorum infeſtatione & imperio. Dialecti ejus plures ſunt: inter quas Thuſca (id eſt, *Hetruria* circa Senas præcipuà) præferri ajunt: verſus alpes quo propiùs habitant Itali (etiam & Gallos Ciſalpinos omnes hodie Italos vocamus) eò minùs purè loquuntur. Ineptiſſimus & maximè depravatus Rhætorum in alpibus ſermo eſt. Romanorum verò ſermonem non modò Itali ſuum vocant: ſed etiam Sabaudi vulgò & Rhæti alpini. Valachis etiam Romanus eſt ſermo (ut Athenæus Pius refert) ſed magna ex parte mutatus, & homini Italico vix intelligibilis. Et Gregorium Papam ſuæ Eccleſiæ adhuc Latinè locutum fuiſſe, conſtat. Hæc ille ibidem, qui eandem Orationem Dominicæ Italicè concludit verbis ſubſequentibus:

*Patre noſtro, che ſei ne cieli. Sia ſantificato il tuo nome: Venga il tuo regno: Sia fatta la tua volunta, ſi come in cielo, coſi ancora in terra. Dacci hoggi il noſtro pane quotidiano: E remitti ci i noſtri debiti, ſi come ancor noi gli rimet-*

*tiamo à i noſtri debitori. E non ci indurre in tentatione, ma liberaci dal male. Percioche tuo è il regno, la potentia, è la gloria in ſempiterno, Amen.*

142. *Hiſpanorum* verò lingua vetus quæ fuerit, non habeo, (ſcribit iterum noſter Mithridates Geſnerianus pagina 55.f. a,) quod dicam.

143. Veriſimile autem eſt in oris ad mediterraneum mare, præſertim occaſum verſus remotis, Lybicæ vel Mauritanicæ linguæ olim uſum extitiſſe. Nam & Mauri in illis regionibus imperârunt: & multa Maurorum vocabula adhuc habent relicta, præſertim Luſitani, ut audio.

144. Inter Dialectos, quibus hodie utuntur, Caſtellana præfertur. Affinis eſt Italiæ, & ad Latinam Linguam propius, quam Gallica mihi accedere videtur; minus tamen quam Italica. Habent & Gothica quædam vocabula, cum alia, tum propria, præſertim virorum. Nam Gothi multo tempore Hiſpanias obtinuerunt: & per illorum graſſationes ac imperia, Latinam Linguam in Italia primùm, deinde etiam Galliis Hiſpaniiſque corruptam arbitror, & novas illas, quibus nunc loquuntur inductas.

Opinor enim, vulgus Gallorum quoque & Hiſpanorum, imperantibus Romanis, Latinâ aliquandiu relictâ, paulatim veteri Linguâ locutum, quod in Germania non contigit: neque enim Romani totam Germaniam occupare potuerunt, neq; diu illas, quas occupaverant, partes retinere.

145. Subdit autem ibi *Orationem Dominicam* Hiſpanicè h. m.

*Padre nueſtro, que eſtás en los cielos: ſea ſanctificado tu*

*nombre: venga tu reyno. ſea hedia tu voluntad como es el cielo, anſi tambien en la tierra. Da nos oy nouſtro pan quotidiano: y ſuelta nos nueſtras deudas, como tambien noſotros ſoltamos à nueſtros deudores. y no nos metas en tentacion: mas libra nos de mal: porque tuyo es el reyno, y la potencia, y la gloria, por todos los ſiglos, Amen.*

## CAP. XI.

### USUM ἹΕΡΟΓΛΩΤΤΙΚῸΝ IN SS. THEOlogiæ commonſtrans, & quidem primùm ex ſolo DEI nomine JEHOVAH proprio.

1. ET hæc fuêre, quæ hactenus de *γλωττοσυγχύσει* ſive Confuſione Linguarum, *θεωρίας ἕνεκεν*, in theatrum doctorum virorum, pro tenuitate mea, proferre potui & volui: nunc reſtat, ut aliquot etjam exempla ſubdam ſacra, iiſque evincam, verum & orthodoxum Theologum ſcientia illa *Hi*eroglottica peropus habere.

2. Effuſione enim Spiritus Sancti miraculoſâ in feſto pentecoſtes, id effectum fuit, ut Confuſio Linguarum (uti etiam loquitur Excellentiſſimus noſter Johann. Gerhard. Th. Doct. ejuſq; Profeſſor Jenenſiũ famoſiſſimus, in libro Meditationũ ſuarũ devotiſſimarũ c 22. propè finẽ) quæ pœna fuerat ſuperbiæ & temeritatis in ædificãda turre Babylonis, fuerit ſublata, jamq; diſperſæ illæ gentes per diverſitatem lingua-

guarum, in unitatem fidei, Spiritus Sancti munere, congregatæ ſint.

3. Quare ex nuperis meis diſputationibus, heic publicè defenſis, ζητήματα τῆς ἀποδείξεως καὶ πράξεως χάριν, recolam ſubſequentia.

4. Verba autem diſputationis Exercitationum Hebraicarum, quintæ & ultimæ ita ſe habent:

5. De ſacratiſſimo nomine Dei יְהֹוָה Jehovah יֱהֹוִה Jehovih & יָהּ Jah. Simulac diſputatione proximè præcedente, de quibuſdam Nominibus Dei appellativis actum fuit, convenientiſſimum fore arbitror, ſi iſthæc exercitatio in ejuſdem nomine הַמְיוּחָד, κυρίῳ ſive proprio, quod eſt Jehovah, inquirendo, idque ipſum à φλυαρίαις nequiſſimorum verborum vindicando, occupata eſſet. Ergò

*Te facilem noſtro ſcripto da, quæſo, Jehovah,*
*Dirige ſis ſacro flamine cuncta tuo.*

6. Principiò, venerandum hoc nomen יְהֹוָה, ob numerum quatuor conſonantium Hebræis dicitur שֵׁם בֶּן אַרְבַּע אוֹתִיּוֹת hoc eſt, Nomen filius quatuor literarum. A' Græcis eodem ſenſu, nuncupatur τετραγράμματον, quatriliterum.

7. In pronunciatione autem ſui, τρισύλλαβον eſt, habetque accentum in ultima, naturâ heic exiſtente longâ, & legitur non Jova, more Jovis gentilis, ſed per Je-hō-vah.

8. Schoreſch autem ſive thema ejus primigeniū, apparet eſſe verbum הָוָה vel הָיָה quod eſt eſſentiale ſive ſubſtantivum, eſſentiam & exiſtentiam denorans, Furſt Förſterus.

9. Jod igitur, unum ex Heemanticis, utpote formativum

tivum nominũ propriorum, ab initio hoc modo collocatum, adſciſcitur, id quod myrias exemplorum nominum ſacrorum conteſtatur in Jizchak, Jaacob, Jiſraël, Jeſchajahu &c.

10. *Hoc* ſuppoſito, aliorum interim ſententiam aſpernamur nulli, qui arbitrantur Jod, hoc loco, ſimul digitum intendere ad illud effatum divinum, quo Deus ſemel fidiſſimum paraſtaten promiſit futurum Moſi, in eductione ſui populi ex ſervitute Ægyptiaca, Exod. 3, v. 14. אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה Ero qui ero. Et: ſic dices ad filios Iſraël אֶהְיֶה שְׁלָחַנִי אֲלֵיכֶם, hoc eſt, Ehjeh, Ero ille miſit me ad vos. Exiſtimant itaque ob certiſſimam fiduciam auxilii de ſe concipiendam, Deum ſibimet poſtmodum hoc nomen elegiſſe, & loco literæ א, formativæ perſonæ primæ, tertiam י Jod aſſumpſiſſe, & ex יִהְיֶה nomen hoc ſuum יְהוָה formaſſe.

11. Hujus ſententiæ eſt Avenarius, qui inſuper addit iſthæc ſequentia: Holem, præſens הֹוֶה, & Lamed He, quieſcens in Kamez, tempus præteritum הָיָה, arguit. Sic ergo Ens æviternum, ſummum & omnium creaturarum primum principium, Jehovam denotare, etiam, ex ſono & conſtitutione ſyllabarum, concludunt.

12. Ac proinde, Nomen hoc Dei propriũ, Deum ab Eſſentia ſua denominat, quaſi dicat, *Ens, exiſtens, per ſe ſcilicet ab æterno & in æternum, qui eſt, qui erat, qui venturus, futurus & permanſurus eſt in omnem æternitatem, in quo per quem & propter quem omnia exiſtunt & ſunt quod ſunt,* ut ſcribit Buxdorfius.

O 13. Et

13. Et noſter Förſterus ita παραφράζει hoc nominis: *Significat*, ſcribēs, ἐμφατικώτερον *eſſentiam illam unā divinam, quæ ab æterno fuit, eſt & erit ſine ulla mutatione in æternum, & in ſecula ſeculorum, à qua omnes creaturæ, in creatione prima, ſuam Eſſentiam acceperunt, habent ac juxta liberrimam voluntatem ſuam, velut in eſſe, conſervantur vel abolentur, vel una in aliam mutatur, quod ut quem & qualem ipſe ſe promiſit & patefecit verbo ſuo, ita etiam eum, ac talem reipſa & facto declarare & exhibere velit.*

14. In aliam itaq; linguam tralatum hoc nomen, omnium commodiſſimè ipſum Helleniſtæ reddunt per ſuū ὂν vel ὄντα, Ens vel Exiſtentem, prout hac in re ipſum ſpiritum ſapientiæ, intelligentiæ & veritatis, per ſcripturas loquentem ſacras, Hermenevtam habemus omniū veriſſimum, certiſſimū: is enim in Apocalypſi Johanneâ, periphraſin hujus tradit per τὸ ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, h.e. qui eſt, & qui erat & qui venturus eſt C.1, v.4 & 8. c.4, v 8. c.11, v 17. c.16, v.5. Et hoc κατὰ λέξιν; κατὰ διάνοιαν verò, nominatur idem Α & Ω, hoc eſt. ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος, principium & finis; vel, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, primus & ultimus. Cap. 1, v. 8. & 11. c.21, v.6. c 22, v 13.

15. In noſtro verò Germaniſmo, ſi exactiſſimam Etymologiam obſervaveris, omnium appoſitiſſimè per τρίγραμμα IST verti poteſt, prout ipſe Chriſtus eam ipſam nobis ſubminiſtrat apud Evang. *Johan.* c.8, v.58. πρὶν ἀβραὰμ γενέσθαι ἐγώ εἰμι, antequam Abraham fieret. Ego Sum.

16. Verùm, quia hoc Germanorum IST, in ſenſu nominali, κακοφωνίαν aliquam parere potuiſſet. Igitur B. Lutherus, Teutoniſmo genuino ſemet accommodans, illud conſtanter tranſtulit per HERR, Li-

teris

teris in utroq; Teſtamento ſcriptum Majuſculis, ſecutus LXX Interpr. & D.*Hieron.* qui per *κύριον* ſive Dominum, hocipſum reddidére. Non quidem etymum penſitantes, ſed Dei Ter Opt. Max. *παντοκρατορίαν* omnium abſolutiſſimam, illo indicantes. *Hinc* acutiſſimus Jul. Scaliger Deum nominavit *αὐθυπάρκτην*, & alius Theologorum eundem indigetat *αὐτοφυῆ*, quaſi dicat, habens eſſe à ſeipſo.

17. Quare votum Förſterianum, non omninò de nihilo eſſe judicamus, dum ſcribit in ſuo Lexico Eberino: *Optarim, ſi fieri poſſet, ſecundum illa puncta, quibus ſcribitur, pronunciari, & non verti vel Dominus, vel Deus, quod hæc attributa, neque eſſentiam divinam, neque nominis propriam ſignificationem exprimant, ſicut etiam, eâdem de cauſsâ, multa alia nomina, in aliis linguis, manſerunt invariata, uti ſunt; Alleluja, Oſanna, Zebaoth, Immanuel, Amen.* Hæc ille.

18. Et hæc eſt omnium prima & tritiſſima tum ſcriptio, tum eſſet lectio nominis divini יְהֹוָה per Jehovah; ſequitur nunc alia, punctis binis nonnihil variantibus, dum invenimus eaſdem conſonas quatuor, notas vocalib. in prima per Chateph ſægol, in ultima per Chirek, in media permanente Cholem, h. m. יֱהֹוִה. Et hoc pacto ſcriptum inveniri, quoties proximè præcedens habuerit nomen אֲדֹנָי, cum Eodem aſſerimus. Id quod poſtmodum exemplis confirmatum daturi ſumus plurimis.

19. Atque hocipſum Nomen יֱהֹוִה, uti ſcribitur, ita & lectione ſua per Jehovih moveri debere, intrepidè aſſerimus, & cütra quævis Judæorum ipſorum,

& Judaizantium Chriſtianorum αἰτήματα, ratum & firmum, בִּיהוָֹה, obtinebimus.

20. Tertiò invenimus etiã in ſcripturis שֵׁם הַנִּכְבָּד & venerabile hoc nomen יָהּ Monoſyllabicè cum He Mappikato, eandem eſſentiam divinam denotare, quam ſuperius Jehovah deſignat Hoc ſaltem diſcrimine, quod hoc quandoque compoſitionem cum nominibus & verbo הַלֵּל ingrediatur. quod poſtmodum in exemplis videbimus.

21. Talis erat ἐξερεύνησις nominis Jehovah, ex ſua competente ἐτυμολογίᾳ; ſequitur jam θεολογικὴ & intimior in eſſentiam divinam inquiſi:io, ſed duce ſola ſcriptura ſacra & ſcriptoribus ſanioribus.

22. Scriptoribus ſanioribus, connumerandos cenſemus antiquiores Doctores Hebr. qui rationem ſuam captivarunt ſub obſequium puræ & veræ fidei Abrahamiticæ, atque ex diligente collatione Teſtimoniorum divinorum, פִּתְרֹנִים & interpretationes veriſſimas indidem eduxerunt, inque ſcripta ſua retulerunt.

23. Proinde, ut divinam eſſentiam unam, puram ſimpliciſſimã & indiviſibilem eſſe, divinitus cognoverunt: ita ejuſdem ſpiritus S. dictamine pervenerunt eò uſque, ut definitam eſſet nobiſcum TRINITATEM in illa UNITATE, crederent & docerent.

24. Genuinum itaque ſenſum illius שֵׁם הַמְּפֹרָשׁ expoſitè tradentes, tria πρόσωπα ſive parzuphin, uti Syri, ex ore Græcanico loquuntur, expreſsè indidem

dem eliciunt, quæ nunc literis duodecim, nunc quadraginta duabus, exprimere aſſolent.

25. Petrus Galatinus lib 2. de arcanis Catholicæ veritatis cap. 11. ex libro Gali Razija, Rabbeni *Hakkadoſch* בְּשָׁה. ſive expoſitionem XII. literarum dat hujuſmodi, aſſerens nomen Jehovah, ſignificare idem quòd אָבבֵּן וְרוּחַ הַקֹּדֶשׁ, h. e. patrem, filium & ſpiritum ſanctitatis.

26. Idem ibidem c. 12. ex libro More Rabbi Moſis filii Maimo is partis 1. c. 62 & ex nuper allegato R. *Hakkadoſcho*, alterum, quod eſt, XLII. literarum, ita recenſet: אָב אֱלֹהִים בֵּן אֵל הִים רוּחַ הַקֹּדֶשׁ אֵל הִים שְׁלֹשָׁה בְּאֶחָד אֶחָד בִּשְׁלֹשָׁה hoc eſt, pater eſt Deus, filius eſt Deus, ſpiritus ſanctitatis eſt Deus, tres in uno & unus in trino.

27. Sed & adhuc aliam ex vetuſtiſſimis Hebræis, enumerat idem Galatin. loco modo adducto, hanc ſcilicet: אָב אֵל בֵּן אֵל וְרוּחַ הַקֹּדֶשׁ אֵל אֲבָל לֹא שְׁלֹשָׁה אֵל הִים כִּי אִם אֱלֹהַ אֶחָד h. e. pater eſt Deus, filius eſt Deus, & ſpiritus ſanctus eſt Deus, ſed non ſunt tres Dii, ſed unus eſt Deus.

28. Jam verò teſtatur Galatinus lib. 2. c. 12. p. 89. Rabbenum huncce Hakkadoſchum tantæ autoritatis in Synagogis Judæorum eſſe, *ut eidem contradicere, apud eos prorſus nefas ſit.*

29. Immò, generale axioma eſt Judæorum, ſi illorum Rabbini, dextram ſiniſtram, & ſiniſtram dextram eſſe, ſtatuerent, idipſum ſimpliciores fir-

miſſimè credere debere, etiam Lutherus, tom. 6. *Jenenſi* p. 122. ex Burchetto recenſet.

30. Non immeritò itaque, tam manifeſtum teſtimonium, de VENERANDA TRINITATE IN ILLA UNITATE DIVINA, contra *Judæos*, noſtro ſeculo obſtinatiſſimos, in theatrum produci poteſt & debet.

31. Reliquas verò probationes, quas myſticas Rabbini vocitant, & beneficio ſuæ הַקַּבָּלָה Cabalæh eliciunt varias, ves ex conſonis, vel ex vocalibus vel ex ſyllabis, & quidem nunc per גִּימַטְרִיָּא vel proportionem Arithmeticam, quam ἀριθμομαντεία Græci nominant, ubi ex valore literarum numerico, aliud nomen illi, eâdem quantitate, æquivalens, ſubſumitur, ut literæ יְהוָה, juxta numerum minorem computatæ, efficiunt.

32. Totidem conſtituunt etiam literæ גִּבּוֹר. Sic juxta majorem numerum, יהוה efficiunt.

33. Singuli rurſum hi numeri in ſeſe, ſive quadratè multiplicati, ut י 10. per 10. multipl. eveniunt 100. ה 5. per 5. erunt.

34. Et c. prodibit tunc ſumma 186. Quam referet tibi etiam exactè nomen מָקוֹם quod locum ſignificat. Quo nomine Deum Rabbini vocare ſolent. eo quod ſit πανταχοῦ & ubique, nuſpiam tamen incluſus. Et ſimilia.

35. Vel per נוֹטָרִיקוֹן ſive acroſtichiden, dum ex quavis litera alicujus nominis, integræ dictiones eliciuntur, ut ex יהוה formant יֵשׁוּעַ הָאָב וְרוּחַ הַקֹּדֶשׁ, h. e. *Jeſus*, Pater & Spiritus ſanctus.

36. Vel ex תְּמוּרָה & μεταθέσει literarum, quod efficiunt ἀναγραμματισμοὶ linguæ cujusvis, ut ex יהוה, duo-

duodecies tranpoſito, eliciunt היוה, התוי, ההיו, היהו, הוהי, יוהה, יההו, ויהה, והיה, וההי. Atque hæc omnia, unum nomen DEI eſſe, verè Cabaliſtice ſentiunt. Quibus de plura legere poteris apud Galatinum lib. 2. à c potiſſimum 14. ad finem uſque libri ejuſdem. Item in Cabbalah Capn. lib. 1. & 3. Eundem in, de verbo mirifico.

37. Licet autem quædam ſcripturis convenientia, ut plurimũ per media illa Kabbaliſticæ artis elicianrur, attamen quia gyris longioribus, mediis flexiloquis, caſibus fortuitis, Lectorem Chriſtianum deludere videntur, melius & titius facimus nos Chriſtiani, quando Sapientum Organa Logicalia & Rhetoricalia, cum aliis ſcientiarum Inſtrumẽtis, ad explananda ſcripturarum elogia adhibuerimus, quam iſtiusmodi ludicris tempus inaniter contriverimus, & juventutem ſtudioſam, nimis diu à ſtudiorum ſuorum progreſſu detinuerimus, imò ipſam lucem tenebris involverimus.

38. Quare ad ſtabilimentum alterum, quod tamen eſt primarium, atque beneficio potiſſimum nominis *Jehovæh*, *Jehovih* & *Jah*, nobis è ſcripturis divinis ſuggeritur teſtimonium, ſcilicet ad aſſerendam & credendam TRINITATEM IN UNITATE DIVINA REALISSIMAM, deſcendimus.

39. Nominis itaque hujus ſcriptionem primam, quæ eſt יְהֹוָה, ex propria mea obſervatione obſervavi, in ſolo pentateucho Moſaico occurrere, circiter millies ſeptingenties decies.

40. Alterum verò אֲדֹנָי יֱהֹוִה, & quandoque inverſum יְהֹוָה אֲדֹנָי uti Pſal. 68, v. 21. וְלֵיהֹוִה אֲדֹנָי & *Je-*

& Jehovah Domino: *Habac.* 3, v. 19. יְהֹוִה אֲדֹנָי חֵילִי Jehovih Dominus robur meum. Et συλλήβδην appoſitionem iſthanc אֲדֹנָי יְהֹוִה legere licet in libris Moſis, Joſuæ, Judic. Pſalmorum & Prophetarum, circiter tercenties bis. *Atque omnium frequentiſſimum in tribus Prophetis majoribus, videlicet Eſaia, Jeremia, & Ezechiele. In reliquis ſcriptoribus rarius.*

41. Tertium autem, abbreviatum יָהּ, in ſubſequentibus potiſſimum legitur locis, ut Eſaiæ 12, v. 2. וְזִמְרָת יָהּ יְהֹוָה Et carmen (eſt) Jah Jehovah. Cap. 38, v. 11. dixi לֹא־אֶרְאֶה יָהּ יָהּ בְּאֶרֶץ הַחַיִּים non videbo Jah, Jah in terra viventium. Pſ. 68, v. 5. Cantate Deo זַמְּרוּ שְׁמוֹ סֹלּוּ בְּיָהּ שְׁמוֹ pſallite nomini ejus, extollite in Jah nomine ejus. Pſal. 89, v. 9. מִי כָמוֹךָ חֲסִין יָהּ quis par tibi robuſtus Jah. Pſal. 94, v. 7. dicunt לֹא יִרְאֶה יָהּ non reſpicit Jah. Ibid. verſ. 12. beatus ille vir quem caſtigat Jah יָהּ. Eadem phraſis eſt Pſal. 118, verſ. 18. Vide etiam Pſ. 115, v. 18. & nos benedicemus יָהּ Pſal. 118, verſ. 5. invocavi יָהּ Et verſ. 14. וְזִמְרָת יָהּ. Et verſ. 17. narrabo מַעֲשֵׂי יָהּ opera Jah. verſ. 18. אוֹדֶה יָהּ confitebor Jah. Pſ. 122, verſ. 4. שִׁבְטֵי־יָהּ tribus Jah. Pſal. 130. verſ. 3. ſi peccata תִּשְׁמָר־יָהּ obſervaveris Iah. Pſ. 135, v. 4. elegit ſibi יָהּ.

42. Compoſitū verò cū nomine appellativo, legitur Cant. 8, v. 6. Et prunæ ejus prunæ אֵשׁ שַׁלְהֶבֶתְיָה ignis flammæque Iah, hoc eſt, divinæ vel ſummæ, conſentiente Avenario, Buxdorf. Iunio. Et in מֵאֲפֵלְיָה le-

rem.

rem. 2, verſ. 31. præc. אֶרֶץ terra caliginis maximæ, quod itidem Buxdorfius, compoſitum cum nomine noſtro יָהּ aſſerit & quidem augendæ ſignificationis cauſſa.

43. Cum verbo verò הָלַל laudavit, copulatur nunc dictione unâ ut הַלְלוּיָהּ, nunc interveniente lineola Maccaph הַלְלוּ־יָהּ nunc etiam omiſsâ eadem, per nudam διαίρεσιν הַלְלוּ יָהּ, hoc eſt, laudate Jah. Vide ſis ſodes Pſal. 102, verſ. 19. Pſal. 104, v. 35. Pſ. 105, v. 45 Pſ. 106, v 1. & 48 Pſ. 111, v. 1. Pſ. 112, v. 1. Pſ. 113, v. 1. Pſ. 115. v. 17. 18. Pſ. 116. v. 19. Pſ. 117, v. 2. Pſ. 135, v. 1. 3. Pſ. 146, v. 1. 10. Pſ. 147, verſ. 120. Pſ. 148, v. 1. Pſ. 149. v. 9 Pſ. 150 v 1. 6.

44. *Hinc conſtat* יָהּ *hoc, etiam ſimpliciſſimum, omnibus tribus perſonis Deitatis communem οὐσίαν denotare, atque ſic ſimul illorum obſervationem, quam Förſterus in Lexico pagin. 211.* recenſet, qui per יָהּ Deum diminutum, hoc eſt, Jeſum Chriſtum in carne humiliatum, paſſum & mortuum ſignificare volunt, minimè καθολικῶς veram eſſe, conſequitur.

45. Ex hiſce autem de Nomine DEI Jehovah, Jehovih & Jah, in medium hactenus productis, pro ὁμοουσίᾳ θεϊκῇ, æqual: Filio Dei & Spiritui ſancto cum Deo patre, ita concludimus:

Quemcunque מִכְתַּב הַקֹּדֶשׁ ſive ſcriptura ſacra afficit nomine Jehovah, utpote unius DEI proprio, ille etiam revera Deus eſt, & ut Deus, cultu divino à nobis afficiendus erit.

Atqui nomen hoc Jehovah, in ſcripturis ſacris, propriè & abſolutè attribuitur & Filio & Spiritui ſancto.

Ergò uterque etiam erit verus Deus & per conſequens ejuſdem Eſſentiæ cum Deo patre, ac proinde TRINITAS IN VENERANDA ILLA DEITATE firmiter credenda erit.

46. Major εὔδηλος eſt, tum ex confeſſione adverſariorum Judæorum, hoc nomē Dei המפורש ſive proprium nuncupantes, quiq; illud ipſum nulli niſi vero & æterno Deo competere, liberè fatentur. Et quod Jehovah Deo ſit nomen propriū conſtat etiam Exod. 15 v. 3. Pſ. 83, v. 19. Amos 5, v. 8. Vide Galatin. lib. 2, cap. 1 tùm ipſius Dei proteſtatione Exod 3, verſ. 15. זֶה שְּׁמִי לְעֹלָם וְזֶה זִכְרִי לְדֹר דֹּר Hoc (eſt) nomen meum in ſeculum, hoc memoriale meum in omnem æternitatem. Eſ. 42, v. 8 אֲנִי יְהוָה הוּא שְׁמִי וּכְבוֹדִי לְאַחֵר לֹא אֶתֵּן וּתְהִלָּתִי לַפְּסִילִים Ego (ſum) Jehovah, illud (eſt) nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo, neque laudem meam ſculptilibus. Confer c. 48, v. 11. & Zach. 14, v. 9. בַּיּוֹם הַהוּא יִהְיֶה יְהוָה אֶחָד וּשְׁמוֹ אֶחָד in die illa erit Jehovah unus, & nomen ejus unum.

47. Minor verò, manifeſtiſſimis ſcripturarum teſtimoniis nititur. Et quidē, de Filio Dei, ſufficiāt nunc iſthæc: Pſal. 47, v. 6 aſcendit Deus cum clangore, יְהוָה cū ſono buccinæ. Eſt deſcriptio triumphi Chriſti conſcendentis cœlos. Eſa. 8, v. 13. אֶת־יְהוָה צְבָאוֹת אֹתוֹ תַקְדִּישׁוּ Jehovam Exercituum, ipſum ſanctificate. Commendat autem ibidem prophetes Meſſiam. Siec. 12. v. 4 הוֹדוּ לַיהוָה Confitemini Jehovah. Ubi ἀρχαγγέλον tractat pro Meſſia miſſo cap. 40 v 3. Vox clamātis in deſerto פַּנּוּ דֶּרֶךְ יְהוָה parate viam Jeho-

Jehovæh. Quæ eſt ſumma concionis johanneæ, prodromi Chriſti Matth, 3, v. 3. Mar. 1, v 3. Luc. 3, v. 4. Johan. 1, v. 23. Ibid. v. 9. & 10. Ecce Deus veſter הִנֵּה אֲדֹנָי יְהוִֹה בְּחָזָק יָבוֹא ecce Dominus Jehovih in fortitudine ventur⁹ eſt. Quod ſonat de advẽtu Chriſti in carnem, cap. 45. verſ. 17: יִשְׂרָאֵל נוֹשַׁע בַּיהוָה תְּשׁוּעַת עוֹלָמִים Iiſrael ſalvatus eſt in Jehovah, ſalute æterna. De redemptione noſtri per Chriſtum præſtita plenaria.

48. Et chorum inter omnia ducit illud Jer. 23, v. 6. Diebus ejus ſervabitur Jehuda & Iiſraël habitabit ſecurè וְזֶה־שְּׁמוֹ אֲשֶׁר־יִקְרְאוֹ יְהוָה צִדְקֵנוּ & hoc nomen ejus quod vocabit eum (Iiſraël vel quiſquis) Jehovah juſtitia noſtra. Reperitur hoc, unico pronomine immutato c. 33, v. 16. וְזֶה אֲשֶׁר־יִקְרָא־לָהּ יְהוָה צִדְקֵנוּ Et ipſe, qui vocabit eam Jehovah juſtitia noſtra erit. Id quod expreſſiſſimis verbis Chriſto noſtro accommodat Apoſtolus 1 Cor. 1, v. 30. quod ille factus ſit nobis ſapientia à Deo, *δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις*, h. e. juſtitia & ſanctificatio & redemptio. Prout & alibi hoc elogio ipſius gaudet.

49. De Spiritu vero ſancto, quod & is ſit verus Jehovah, & Deus unus & æternus cum Patre & Filio, vel iſthæc abundè teſtabuntur exempla. Jud. 3, v. 10. וַתְּהִי עָלָיו רוּחַ יְהוָה & fuit ſuper illum ſpiritus Jehovæh. c. 6, verſ. 34. וְרוּחַ יְהוָה לָבְשָׁה אֶת־ Et ſpiritus Jehovæh induit, Gideonem. Confer ſimiles locos c. 11, v. 29. c. 13, v. 25, c 14 v. 6. & 19, c. 15, v. 14. 1 Sam. 10, v 6. 10. c. 11, v. 6, c. 16, v. 15. c. 19, v. 20. 23 Eſai. 11, v. 2. c. 40, v 13 c. 59, v. 19. c. 61, v 1.

50. Et ſi ullum teſtimonium, pro confirmanda doctrina noſtra Chriſtiana, de uno Deo & tribus perſonis, in illa Unitate Eſſentiæ, ex Veteri Inſtrumento, evidens in medium produci poteſt, eſt certè illud cap. 63. Eſa. Ubi præter reliquas perſonas duas, etiam Spiritus Sanct⁹ introducitur, ductor quod fuerit Iſraëlitarum in exitu ex Ægypto, qui verſ. 10, & 11. nominatur רוּחַ קָדְשׁוֹ ſpiritus ſanctitatis ejus ſc. Jehovæh verſ. 7. qui eſt Pater. Deinde verſ. 9. introducitur מַלְאַךְ פָּנָיו angelus faciei ejus. Et v. 14. ipſe רוּחַ ſpiritus, de quo dicitur quod ſit יְהֹוָה *Jehovæh*, qui תְּנִיחֶנּוּ quietè egit eum.

51. Aſt regerunt hoc loco Neo Ariani ſive Photiniani, & noſtram majorem propoſitionem, univerſaliter veram non eſſe, eamque, triplici exemplo, quibus nomen *Jehovah* rebus creatis attribui videtur, infringere ſatagunt, videlicet Monti Moriæ Geneſ. 22, verſ. 14. Altari Moſaico Exodi 17, verſ. 15. & Gideonéo *Jud.* 6, verſ. 24. & *Jeruſchalaimis* Ezech. 48, v. 36.

52. Sed, nî malitiosè petulantes eſſe vellent, probè diſcernere deberent inter vocis alicujus uſurpationem propriam & tropicam: *aliud enim eſt, quando nomen hoc* יְהֹוָה *ἁπλῶς & ſimpliciter de aliquo ſubjecto prædicatur; & rurſum aliud, quando id fit cum aliqua προσθέτῳ appoſitione, ſive μετὰ προσδιορισμοῦ & cum aliqua reſtrictione.*

53. Hinc loca, ab adverſariis objecta, elegantiſſimas Metonymias nobis ſubminiſtrant, ut: Geneſ. 22, verſ. 14. Et vocavit Abraham nomen loci illius

lius יְהוָה יִרְאֶה *Jehovah* videbit vel providebit. Et ibidem dici ſolet hodie בְּהַר יְהוָה יֵרָאֶה in monte *Jehovæh* videbitur vel providebitur. Illo, reſpicitur ad tempus præſens, quo Deus proſpexit victimam loco Iſaaci immolandam, juxta quæſitum ejuſdem verſ. 7. *Hoc* verò, futurum tempus ſimul innuitur, quo ſemet Deus in illo monte revelaturus prædicitur, imò, juxta Theologorum quorundam opinionem, & ipſius Rabbi Onkelos Tralationem, digitus ſimul intenſus fuit ad futuram Immolationem & crucifixionem veri *Jehovæh*, *Jeſu Chriſti*, in illo loco peragendam. Vitiosè itaq; adjuncta viſio vel proviſio *Jehovæh*, pro ipſo ſubjecto loci hoc loco aſſumitur.

54. Secundus locus ex Exodo 17, v. 15. & ædificavit Moſes altare וַיִּקְרָא שְׁמוֹ יְהוָה נִסִּי & vocavit nomen ejus *Jehovah* vexillum meum. Quo μνῆμα ἐπινίκιον, ſtatuit Deo ſempiternum, eo quod non ſolum cum juverit in bello præſente contra Amalekites, ſed fiſus ejuſdem promiſſioni veriſſimæ, in poſterum etiam, duce eodem, & quosvis alios hoſtes, vincere & proſternere velit.

55. Tertius locus de altari Gideoneo *Jud*. 6, v. 24. eandem Metonymicam conſiderationem ſuppeditat adjuncti, eò quod Deus Iſraëlitis poſthac à Midianitis procuraturus ſit pacem, igitur in rei hujus memoriam, nomen illius vocavit יְהוָה שָׁלוֹם *Jehovah pax*.

56. Tandem, quod ab Ezechiele c. 48, v. 36. *Jeruſchalaima* nova & futura, nominantur יְהוָה שָׁמָּה

 Jeho-

Jehovah ibi, ſit illud ob perennem in eadem præſentiam Dei, qua beaturus futuram illam civitatem, neque unquam eandem ſua inhabitatione vacuam relicturus ſit, prophetes indicare voluit.

57. Manet itaque adhuc firma & rata noſtra aſſertio, quod nomen יְהוָה ſoli Deo vero attribuatur, & quicunque eodem nomine *indigitatur propriè & abſolutè*, quod is etiam pro Deo ſit habendus, honorandus & colendus!

58. Præterea quæritur: *Anne nomen hoc* יְהוָה, *ſit pro ἀνεκφωνήτῳ ſive ἀῤῥήτῳ, uti à Nonno Poëta Græco nominatur, habendum? Hoc* Judæi quidam antiquiores, recentiores verò omnes, id affirmant, quibus etiam alii ex Chriſtianis, ob literaturam Hebræam, aliâs optimè decantati, calculum ſuum deferre ſolent. Nos verò, modò legitimè illius fiat uſurpatio, id pernegamus.

59. Judæorum mentē, ex Buxdorfiano Lexico, Lector benivolus petat. Inquirat idē etiam in libellum Druſianum Tetragrammaticum, Item eundem in ſuis Præteritis ſuper Novum Teſtamentum, præſertim c. 17, v. 8. Apocal. & in c. 19, v. 12. Ut & in mendis corrigendis pag. ultima fac. b. Quibus conſentit etjam Bellarmin. iu ſuis Grammaticis.

60. Noſtræ vero aſſertionis negativæ pro ἀξιοφωνίᾳ hujus ipſius nominis τετραγράμματου cape præſentia, eaq; ſyllogiſmo incluſa generaliori hocce: *Quodcunq; dogma ſcripturis ſacris deſtituitur, rationibusq; exinde deductis, contrariatur, illud pro vero minimè eſt amplectendum.*

At tale eſt Rabbinicum ſtatutum de ἀνεκφωνίᾳ nominis Dei τετραγράμματου יְהוָה. Ergo, &c.

61. Etenim producant Judæi ullum teſtimonium ſacrum,

ſacrum, prohibẽs pronunciationẽ nominis Jehovah? quod enim à quibuſdam objicitur illud Apoc 19, v. 12 ἔχων (Deus) ὄνομα γεγραμμένον, ὃ οὐδεὶς οἶδεν εἰ μὴ αὐτός. Illud non tam ad ἐκφώνησιν nominis ſcripti, quã ad ἔκφρασιν καὶ ἑρμηνείαν ejuſdem, quæ hominibus, ut hominibus, planè eſt ἀπόῤῥητον, referri poteſt ac debet, ſed beneficio ſolius filii Dei, utpote exactiſſimi interpretis divini, fieri ſolet & poteſt, teſte Baptiſta Joh. 1, v. 18 & Joh. Evang. 1 Joh. 4, v. 12. Paulo 1 Tim. 6, v. 16.

62 Rationes verò pro noſtra ſententia, pugnant iſtæ:

1. Si ineffabile eſt hoc nomen, proveniet illud vel à peregrina & nulli hominum cognita ſcriptura, vel ex ſingulari veneratione nomini iſti exhibenda. Sed neutrum hoc loco ſubſumi poteſt. Ergò, &c.

63. Non illud; proſtant enim tùm ſonantes, tùm conſonæ ejuſdem nominis, tyroni linguæ Eberinæ cognitu facilimæ, videlicet Scheva, Cholẽ & Kamez, & Jod He Vav He. Jam ſi ſeorſim nominari, calamo diſcretè formari & expreſsè legi poſſunt illæ literæ, quid prohiberet, quo minus, nobiliori modo, & ore & lingua hominis formentur junctim? Omnis enim ſcriptura fit & ſuſcipitur propter lecturam. Si igitur hanc non æſtimant eſſe prohibitam, cur igitur illam talem eſſe comminiſcuntur?

64. Nec hoc; quia ſtudioſa alicujus occultatio, rem eandẽ, non tàm veneratur, quã turpiter opprimere, atq; ex mẽtibus hominũ eximere, præſumitur. Quod enim celebrare atq; cũ laude ſumma per ora virûm decãtare ſatagimus, illi⁹ neceſſe eſt, ut frequẽter, honeſtè & reverẽter meminerimus. Jã verò hoc debemus, Deo noſtro creatori, ſoſpitatori & ſanctificatori. Jure

igitur

igitur tenemur nominis ejusdem frequenter meminiſſe, idque piè uſurpare.

65. Si enim uſpiam nominis illius ſui uſurpationem Deus ſeverè vindicavit, factum id fuit ob adjunctam vanitatem & impietatem, quæ in blaſphemiis, perjuriis & pejerationibus accidere ſolet. Huc refer exemplum blaſphemantis illius, Lev. 24, v. 11. Non verò, ob ejuſdem recitationem ſimplicem, piam & devotam.

66. [2.] Ratio: quod Deus ipſe fecit & à piis fieri etiam vult, illud omni culpa careat neceſſe eſt.

At hoc conſtat de uſurpatione nominis Jehovah. Ergo, &c.

67. Minor probatur: [1.] quia Deus Moſen & Patriarchas alloquendo, ſemet ſuo nomine expreſsè nuncuparit אֲנִי vel אָנֹכִי יְהוָה ſum Jehovah, Exod. 6, verſ. 7. cap. 10, verſ. 2. cap. 16, verſ. 12. cap. 29, verſ. 46. Lev. 11, verſ. 44. c. 20, v. 24. Num. 15, v. 41. Devt. 5, v. 6.

68. Imò, de nomine ſuo interrogatus à Moſe, illud ipſi refert Exod. 3, v. 15. dum ait: יְהוָה זֶה שְׁמִי לְעֹלָם Jehovah, hoc eſt nomen meum in æternum.

69. Ubi obiter fraus Rabbinorum induratorum notetur, qui ſacrilegè pro לְעֹלָם, legunt לְעַלֵּם ad occultandum: puncta enim expreſſa aliud ſvadent, & Targum contrariatur ſuo לְעָלָם, quod & Græcus reddit per αἰώνιον, æternum.

70. Deinde, quod ipſe Deus uſurpationem ſui nominis piis commendet, vel inde ſatis conſtat,

quan-

quando ait Devt 6, verſ. 13. אֶת־יְהוָה אֱלֹהֶיךָ תִּירָא וְאֹתוֹ תַעֲבֹד וּבִשְׁמוֹ תִּשָּׁבֵעַ *Jehovah* Deum tuum timeto & ipſum colito ac per nomen ejus jurato, quod repetitur ibid. cap. 10, verſ. 20. Atque ſic ſemper in rebus honeſtis & licitis, & apud omnes, nomen illius profiteri, hoc ipſo admonemur. Huc refer illud Exod. 9, verſ. 16. וּלְמַעַן סַפֵּר שְׁמִי בְּכָל־הָאָרֶץ & ut enarret nomen meum in omni terra.

71. 3. Ratio fundatur laudatiſſimo exemplo Davidis, qui Pſ. 22, v. 23. ita ſeſe Deo obligat. אֲסַפְּרָה שִׁמְךָ לְאֶחָי narrabo nomen tuum (quod v. 20. expreſsè nominârat יְהוָה) fratribus meis. Ubi profitetur David, quod Dei ſui in congregatione piorum frequenter meminiſſe, ejuſque opera ſtudioſiſſimè deprædicare velit. Annon & hoc ipſum quemvis Chriſtianum addecet? Unde igitur ἀνεκφώνησις illa illius nominis Jehovah?

72. Ex ἐθελοθρησκεία ſcilicet & Zelo ſiniſtro Rabbinorum excæcatorum: hi enim ſtatuunt pro יְהוָה *Jehovah*, legendum eſſe אֲדֹנָי Adonai, & pro יֱהֹוִה ſimiliter legendum eſſe Elohim. Eoquo ſeſe nomen Dei debito honore afficere, ſomniant.

73. Quis verò piorum iſtiuſmodi cothurnum, vel etiam de literis, nedum de principaliſſimo nomine hocce Hebr. divino, meritò præſumat? Gallicani & alii ὑπερήφανον quandam enunciationem affectantes, de ſimili facto, ſua in lingua, glorientur,

non verò ſic noſtra ſacroſancta ac proin ſimpliciſſima Eberina.

74. Sin autem antiquiores Judæorum quidam, interdixerunt uſum & pronunciationē nominis hujus יהוה forſon eo ſaltem reſpexerūt ad uſum extra ſcripturā ſacrā, ne illud in profanis ſermocinationibus, nimium tandem profanarent & cōtemptum redderēt. Idipſum & nos Chriſtiani nomini Chriſti noſtri, qui *Jeſus* eſt, faciamus, nulli hominum illud applicantes, atq; in devotis rebus ſacris illo ſaltē utentes.

75. Quod enim olim *Judæis* perfrequens fuerit uſus hujus nominis, id binis exemplis è medio Ethnicorum petitis, confirmari poteſt.

76. Primùm, teſtatur Hieronymus in prologo ſuo Galeato libris Regum præfixo: *Et nomen*, inquiens, *tetragrammaton in quibuſdam Græcis voluminibus uſq; hodie antiquis expreſſum literis inveniri*. Hinc ductu ac ſuæ ſcripturæ Græcanicæ Hebræum nomen transverſim legerunt per ΠΙΠΙ pipi, quod etiam teſtatur B. noſter Lutherus tom. 8. Jen. p. 129. & Joh. Druſius libr. 1. Obſerv. c. 1. *Hier.* Epiſtola 136.

77. Deinde, non defuerunt, ut aliorum Deorum, Dearumq; nomina quamplurima ex vocibus *Hebr.* derivant, qui & principem *Deorum* illorum fictitiorum Jovem ex hoc nomine Jehovah, denominatim fuiſſe, autumant Quod tamen refutatur à Galat. lib. 2. Cath. ver. c. 10. m. p. 77. lit. F.

78. Conſentientium quorundam Rabbinorū antiquiorū opinionē vide ſis in Lexico Buxdorf. à p. 183. tum in Galatino de arcanis Cath. ver. c. 10. lib. 2.

79. Concluſionis itaq; loco addacam ſententiā noſtri Förſteri, quam de ἀνεκφωνήτῳ hujus Nominis tradit

hiſce:

hiſce: *Judeis ineffabile eſt, quod, ut R. Moſes Ægyptius indicat, gratia ipſius nominis ſit ſublimis, eò quod eſſentiã Dei notat ideo etiã cura loquẽdi debeat eſſe gravis & plena reverentia.* Ideoq; haud dubiè factũ eſt, quod extra ſcripturę ſacrę recitationem in quotidiano uſu neq; nominent neq; ſcribãt, ſed vel שֵׁם, vel אֲדֹנָי uſurpent. Prout idipſum locutio etiã ἔγχαφ@ ſecũ affert nempe שֵׁם abſolutè ſic, poſitum omne pro שֵׁם יְהוָֹה quod teſtatur Leviticus 24. v. 11. & 16. *Et ego arbitror dictum eſſe ineffabile, non quod non poſſit aut debeat edici, ſed quia ſacroſanctum eſt, ideo vel hominum ore, vel ſcriptura aſſumi in rebus prophanis non debeat, ſive quod apud Judaos perinde ut apud nos Chriſtianos, nomen Jeſu Chriſti alicui homini imponi nephas exiſtimandum ſit, ſive quod ob reverentiam Dei abſtinuerint, ne illa crebra nominis hujus appellatione prophanaſceret.* Hactenus ille.

80. Pro reverentia itaque, quam debemus *Deo* nominique ejus HONORANDO יְהוָֹה, encomio Alphabetico, more *Davidis* & ſtylo Schelomonéo, idipſum exornabimus. Eſt itaque שֵׁם ſive nomen iſthoc:

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Pſ. 68, 6.* | *1 Reg. 8, 42.* | *Pſal. 72, 19.* | *Pſal. 8, 1.* |
| דַּיָּן | גָּדוֹל | בָּרוּךְ | אַדִּיר |
| *judex,* | *magnum,* | *benedictum,* | *magnificum,* |
| *Pſ. 52, v. 11.* | *Habac. 3, 19.* | *Exod. 20, 23.* | *Ezech. 26, 17.* |
| טוֹב | חַיִל | וְזִכְרוֹן | הַהֻלָּל |
| *bonum,* | *robur,* | *& memoriale* | *laudatum,* |
| *Hoſea 7, 6.* | *Pſal. 27, 19.* | *Eſaia 9, 6.* | |
| לֶהָבָה | כָּבוֹד | יוֹעֵץ | |
| *flammivomum,* | *gloria,* | *conſiliarius,* | |

 *Pſal.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Deut. 23,18.* | *1 Reg. 8,43.* | *Prov. 18,10.* | *Pſal. 111, 1.* |
| סוד | נִקְרָא | מִגְדַּל vel | מְבֹרָךְ |
| *ſecretum,* | *invocandum,* | *turris,* | *benedictum,* |
| *Eſaiæ 48, 2.* | *Pſal. 119, 137.* | *Jud. 30,18.* | *Pſal. 92, 2.* |
| צְבָאוֹת vel | צַדִּיק | פֶּלֶא | עֶלְיוֹן |
| *exercituum,* | *juſtum,* | *mirabile.* | *excelſum,* |
| *1 Chron. 29,13.* | *Eſaiæ 9, 6.* | *Eſaiæ 57,15.* | *Pſal. 111,9.* |
| תִּפְאֶרֶת | שַׂר־שָׁלוֹם | רָם | קָדוֹשׁ |
| *Majeſtatis,* | *pacificum,* | *excelſum,* | *ſanctum.* |

## ἘΠΊΜΕΤΡΑ Duo.

80. I. Uti eſt orthodoxum, dicere & credere, Chriſtum, propter communicatam Majeſtatem divinam, in carne ſua miracula edidiſſe, ſic eſt ſummè blaſphemum, eundem, mediante Schemhamphoraſch, quantitativè voce ſumpta, θαυματουργῶν extitiſſe, quod evomunt *Judæi* etiamnum contra Chriſtum, bipedum omnium nequiſſimi, ſicuti refert eorundem mentem perditam Buxdorf. in ſuo Lex. Hebr. p. 182. Et B. noſter Lutherus ex Purcheto in ſuo libro de *Judæorum* Schemhamph.

81. II. Quicquid eſt ſummum, excellens, ſublime & illuſtre, adde & graviſſimum, id ſolent Hebræi exprimere appoſitione nominis Dei אֵל, vel אֱלֹהִים vel יְהוָה. Exempla vide ſis Gen. 23, v. 6. c. 30, v. 8. c. 35, v. 5. 1 Sam. 14, v. 15. Job. 1, v. 16. Pſ. 36, v. 7. Pſ. 68, v. 16. Pſ. 80, v. 11. Pſ. 104, v. 16. Eſa. 53, v. 4. Ezech. 28, v. 2. 13. 14. 16. Cant. 8, v. 6. *Jon.* 3, v. 3. 1 Chron. 12, v. 22. 2 Chr. 28, v. 13.

## CAP. XII.

# CONTINUAT PRAXIN

candem alio ὀγδοοζητήματι ἱερογλωττικῷ, ex totidem Linguis eruto,

De

I. *Moſe cornuto, ex Exod. 34, verſ. 29.* Hebraicum.
II. *Meritis oper. human. ex Dan. 4, 29.* Chaldaicum.
III. *Anathematiſmo Paulino, ex 1 Cor. 16, v. 22.* Syriac.
IV. *Latere Chriſti in cruce perfoſſo, Joh. 19, v. 38.* Arab.
V. *Signo piorum, ex Ezech. 9, v. 4.* Samarit-Æthiopic.
VI. *Pane quotidiano, ex Matth. 6, v. 10.* Græcum.
VII. *Intentatore Deo, ex Jacobi 1, v. 13.* Latinum.
VIII. *Particulâ* Sola, *ex Roman. 3, v. 28.* Germanicum.

בֵּאלֹהִים

THESIS I.

STUDII Hieroglottici finem adæquatum non eſſe, ut ſolis γράμμασιν inhæreas fixus externis, indidem vè gloriolam aliquam veneris, præque aliis turgidè doctior videaris, ſed ut ſcripturam ſacram eò certius & fidelius perſcruteris, mecum inficiabitur nullus, ſpero, cordatorum.

2. Ut itaque junioribus noſtris ſtudioſis, ſemet in album filiorum prophetarum offerentibus, ὁρμητήριον, adultioribus παιδευτήριον, in ſchola verò Theo-

logica jamdum exercitatis θελκτήριον aliquod præberem, allubeſcit jam ζητήματα quædam ἱερογλωττικὰ in proſcenium noſtrum producere Altorphinum.

## QUÆSTIO I. Hebraica:

### *De facie Moſis cornuta, Exodi 34, verſ. 29.*

3. Chorum autem ducat & principium faciat, prima omnium aliarum linguarum, Eberina.

4. Hæc Moſen, virum illum DEI, à pictoribus hactenus in monſtrum verſum cornutum, nobis decornicatum, & à maculis illis illitis repurgatum, facie venuſtiſſimâ, & auctoritate excellentiſſimâ, ob oculos conſtituet fulgentiſſimum.

5. Mirabundo verò animo cauſaſq; expetiſcenti cognoſcere primas, ex quibus anſam arripuerint pictores, Moſen ut effingerent bicornem, arbitror unicam eſſe & fuiſſe verſionem Bibliorum vulgatam Latinam, quæ Exodi 34. verſ 29 ita tranſtulit: *Et ignorabat*(Moſes) *quòd cornuta eſſet facies ſua.* Repetitur eadem phraſis ibid. v. 30, & 35.

6. Hanc verſionem αὐτολεξεὶ, & ſecundum literam, ſimplex lector acceptans, aliter quàm Moſen cornigerum fuiſſe virum, nullus arbitrabitur.

7. Quia verò literalis illa Metaphraſis δυσνόητος, imò prorſus ἀπροσδιόνυσος eſt rei præſenti enunciandæ, itaque ad concinnam aliquam figuram Rhetorum, neceſſariò nobis tranſeundem erit.

8. Textus autem *H*ebræorum primævus ſic ſe habet:

habet: וּמֹשֶׁה לֹא־יָדַע כִּי קָרַן עוֹר פָּנָיו בְּדַבְּרוֹ אִתּוֹ *Et Moſe non ſciebat, quòd radiabat* (ſplendebat inque modum cornuum radios diffundebat) *cutis faciei ſuæ, quum ille (Deus) loqueretur ſecum.*

9. Metaphora itaque heic omnium convenientiſſima eſt, nempè, quòd facies Moſis, ex colloquio divino, ſplendidiſſima facta, radios ex ſeſe emiſerit fulgentiſſimos.

10. Quemadmodum enim ſolem, aut aliam quamvis lucem intentè intuenti, apparet illa quodammodo cornuum inſtar radios ac ſplendorem emittere. Veluti & Latinis jubar dicitur ſplendor jubæ ſimilis: Ita & h. l. intuentibus Iſraëlitis Moſen, radij in faciem illorum illapſi ſunt lucidiſſimi.

11. Verbum itaque קָרַן h. l. non per cornicavit, ſed radiavit interpretandum erit.

12. Nuſpiam autem per totum Mikdaſch, ſive codicem noſtrum authenticum Eberinum, præſens verbum in præſente ſenſu occurrit, exceptâ trigâ exemplorum, ex capite Moſaico nuper allegatâ quod Concordantias olim colligens Hebræas, ipſus obſervavi.

13. Et ſemel in proprio ſignificatu, legitur participium activum Hiphil ſing. Pſal. 69, v. 32. פַּר מַקְרִן juvencus cornua producens.

14. Schoreſch ſive origo primæva, eſt equidem ex nomine קֶרֶן, unde etiam Aramæum קַרְנָא Karno, Arabum קַרְן, Luc. 1, v. 69. Græcum Κέρας, Latinum Cornu, & noſtrum Germanicum Horn.

15. In-

15. Interim non neceſſe eſt, ut hinc deductum verbum, vel ipſum etiam non קָרַן in ſenſu literali ubivis accipiatur, veluti ipſum Forſterus verbis declarat ſubſequentibus:

16. Quia, ſcribit, cornua animalium dura ſunt, & ſummum in eis eſt robur & potentia, & ſuam fiduciam in illis collocant, illisque ipſis armata, impetum in alia faciunt, ac etiam ſeſe adverſus aliorum injuriam defendunt, figuratè ſæpiſſimè pro potentia, regno, præſidio & fiducia transſumitur.

17. Transfertur etiam ad res alias, quæ formâ ſimilitudinem referunt, ſic dicitur etiam de utriusq; altaris in templo Dei manubriis angularibus. *Item de radiis, quos lux de ſe inſtar cornuum diffundit.* Hactenus Forſterus:

18. Σύμφωνα nobis prodit Paraphraſis Chaldaica, hiſce: וּמֹשֶׁה לָא יְדַע אֲרֵי סְגִי זִיו יְקָרָא דְאַפּוֹהִי H. e. *Et Moſes ignorabat, quòd multiplicata eſſet forma ſplendoris faciei ſuæ.*

19. Conſpirat etiam verſio LXX. Interpretum, ita transferens: Καὶ Μωϋσῆς οὐκ ᾔδει, ὅτι δεδόξασται ἡ ὄψις τοῦ χρωτὸς τοῦ προσώπου αὐτοῦ. h.e. *Et Moyſes ignorabat, quòd clarificatus eſſet aſpectus cutis faciei ejus.*

20. Quare concludimus, verſionem quamvis, Metaphoricè hunc locum transferentem, vulgatæ Latinæ longiſſimè eſſe præferendam. Hinc etiam B. noſtri Lutheri translatio ſibi bellè conſtat, quæ eſt: Vnd Moſes wuſte nicht/ daß die Haut ſeines Angeſichts glänzet davon/ daß er mit jhm (GOTT) geredt hatte.

21. Et ſi pictoribus cornua appingere omninò pla-

placeret capiti Moſaico, præſtaret non binis (quod brutis naturale eſt) ſed plurimis, caput & frontem ambientibus, eum efformare, veluti antiquum quoddam numiſma Helleniſticum apud Caſparum Waſerum lib. 2. de antiquis Numismatibus m. p. 66 f. 9, §. 1. viſitur, quod totum caput habet radiatum, & celebris nobiliſque Coloſſi Rhodienſis fuiſſe putatur.

## QUÆSTIO II. Chaldaica.

### *De pœnitentia Nebucadnezari à Daniele perſuaſa, cap. 4, verſ. 24.*

1. Si quod dogma promachis Religionis Papanæ, curæ cordique eſt, certè ipſum erit, quod de meritis opellarum humanarum, ad redimendas potiſſimum pœnas peccatorum apud DEUM, fovent, illudque πὺξ καὶ λὰξ defenſare ſolent.

2. Hinc inter alia dicta ſcripturæ ſacræ, huc quoque trahunt illud conſilium Danielis c. 4, v. 24. quod vulgata ita tralatum legit: *Quamobrem Rex, conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum.* Vide Bellarminum, unum è multis, tomo controverſ. 3. lib. 2. de pœnitentia, c. 12. p. 1757. Edit. minor. §. 4. & pag. 1761. §. 3. Et ibid. lib. 4. c. 8. pag. 1938. §. 3.

3. Sanè, penes quos verſionis vulgatæ auctoritas eſt αὐτοπύθων, (uti quidem omnibus fidelibus perſuadere, imò & imperitare audet Concilium Tridentinum, decreto ſecundo ſeſſionis quartæ) næ illi facilè hinc obtinebunt, quod quærunt.

4. Aſt, authentiam ſcripturarum ex eloquio divi-

R. no ab-

no ab ore manante, ſolùm penſiculans (quod etiam à quovis Chriſto fideli præceptum Domini requirit Eſa. 8. v.20. Luc. 16, v. 31 Joh. 5, v. 39. &c.) illius enunciato nunquam certus acquieſcet.

.5. Quare ipſum Prophetæ αὐτόγραφον in conſiliũ erit adſciſcendum, ejuſdemq; nutui unicè inhærendum.

.6 Ita autem labium ejusdem reſonat Chaldaicum: לָהֵן מַלְכָּא מִלְכִּי יִשְׁפַּר עֲלָךְ וַחֲטָיָךְ בְּצִדְקָה פְרֻק h. e. *Quapropter ô Rex, conſilium meum placeat tibi, & peccata tua juſtitiâ abrumpe.*

7. Cardo itaque rei heic vertitur in vera ſignificatione verbi Imperandi ꝯ פְּרֻק.

8. Quia verò hoc in fragmentis noſtris Chaldaicis ἐγγράφοις, apud Danielem & Edſram, decem capitibus obviis, nuſpiam præterea legitur, uti Cõcordantiæ meæ Chaldaicæ indidem confectæ, & prelo publicatæ, conteſtabuntur.

9. Igitur tutiſſimè recurrimus ad fontes primævos *Hebræorum*, ubi Radix פָּרַק rumpendi, abrumpendi, avellendi, ſeparandi, divellendi, ſolvendi, diſſolvendi, lacerandi ſignificatum obtinet. Vide Lexicon Schindleri pentaglotton.

10. Exempla verò hujus ſcire deſideras? En tibi Gen. 27, v. 40. Pſ. 7, v. 3. Pſ. 136, v. 24. Exod. 32, v. 2. & 3. Thren. 5, v. 8. In ſenis hiſce locis cõſtanter ſignificatio abrumpendi occurrit, unde etiam noſtra noſtri loci Danielis hermenia ſtabilita, cõſtabit ſibi certiſſima.

11. Quare unà cum Latina vulgata, etiam Græcanica verſio, quæ peryk hoc Propheticum tranſtulit λύτρωσαι, redime, hîc corrigenda eſt ex fontibus primis, ſignificatione aſſumptâ abrumpendi.

12. Et eſto, Aramæis quandoque denotet hocce פְּרַק:

פְּרַק actum redimendi, ſicut & duo nomina inde deducta, nempè פּוּרְקָנָא λύτρον ſive σωτήριον, & פָּרוֹקָא σωτὴρ, in Lexico meo Syriaco, ex N. Teſtamento Syriſco adduxi.

13. Nulla tamen exin neceſſitas nos coget, ut & huncce locum ita interpretemur, operulasq; noſtras miſellas actui juſtificatorio, qui reſpectu peccatoris juſtificandi, totus eſt gratuitus, infarciamus.

14. Ratio eſt, quòd omnis ſcripturarum ſacrarum interpretatio, verè fidei debet eſſe ἀνάλογα, Rom. 12, v. 6 Hinc omnes dictiones, verba & phraſcologiæ duriores in ſenſu ſuo literali ſonantes, convenienter aliquâ figurâ Rhetoricâ emolliendæ, atque ex tota συναφῇ textus γνήσιος dictorū ſenſus, pervenādus erit.

15. Nihil hic dicam de auctoritate Rabbi cujuſdam Salomonis, qui (allegante Pagnino, ſuper locum Danielis in Radice פָּרַק) per frange, abrumpe, peryk illud ſimiliter interpretatus eſt.

16. Suadet itaque Propheta, ut Rex deſinat peccare Idololatriâ, injuſtis expilationibus ſubditorum, &c. & telam variarum iniquitatum tandem abrumpat, vitamque emendet ſuam, ſcribit h. l. B. noſter Geſnerus.

17. Quaſi diceret: plus ſatis hactenus peccaſti injuſtitia & inhumanitate, uti infra oſtenditur c. 5, v. 19. nunc verò quùm Deus te præmoneat gratioſiſſimè, anticipa judicium ejus verâ reſipiſcentiâ, injuſtitiam & inhumanitatem abrumpe, & teipſum confer ad colendam juſtitiam & exercendam gratiam erga populum Dei, & omnes afflictos duritiâ dominatus tui, uti convenientiſſimè Biblia Juniana παραφράζει.

## Quæstio III. Syriaca:

*Qualis ſit anathematiſmus ille Paulinus in 1 Cor. 16. v. 22. Si quis non amat Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ſit anathema Maranatha?*

1. Semiſſem hinc anni, ex nobiliſſima Academia Lipſenſium à vero quodam veræ Theoſophiæ ſtudioſo, juxta etiam Linguarum Orientalium cognitione clariſſimo, Magiſtro *Hieronymo Aviano*, amico meo ſingulari, per literas ſolicitatus & interrogatus: *Quanam auctoritas ſit concedenda, in Eccleſia Chriſti, verſioni Syriacæ ſuper Novum Teſtamentum hactenus typis publicatæ?*

2. Huic tunc, ἐκ τοῦ παραχρῆμα reſolutus, reſponſionem tramiſi, verbis conceptis ſubſequentibus, heic non inconvenienter repetendis:

3. Ut nulla uſpiam occurrit, quoad Eccleſias noſtras Lautheranas, verſio Bibliorum authentica, ita nec Syriaca talis æſtimetur.

4. Interim delectus earundem meritò inſtituitur, ita ut illa præferatur reliquis, quæ proximior ſit fontibus primis.

5. Quæ teſtimonium habet, quod ſit viciniſſima temporibus Apoſtolorum.

6. Jam Lexicum meum Syriſcum, ex Teſtamento illo Syro, Anno æræ Chriſtianæ 1555. Viennæ Auſtriacæ ſumptibus Majeſtatis Cæſareæ Ferdinandi primi ז״ל impreſſo concinnatum conſulens, deprehendet ſenſum illius Syriſcæ interpretationis, in plurimis majorem lucem afferre textui Helleniſtico primævo, quàm aliæ quævis.

7. In-

7. Inſuper, conſtat ex relatione illius Teſtamenti, eam Metaphraſin eſſe per antiquam, ubi in fine Evangeliſtæ Johannis, hæc leguntur verba, præter alia annexa: *Sacroſancti Evangelii à Johanne Apoſtolo & Evangeliſta, ſermone græco ad Epheſum, alterum lumen Aſiæ olim appellatam, ſcripti: ac illa mox ætate, ut eo Syri etiam fruerentur, in patriam Linguam ejus gentis transfuſi.*

8. Et, quem non delectet aliâs ſtudium hujus verſionis Syriacæ, dum Lingua illa habetur pro vernaculâ Chriſti, ubi munere ſuo doctoreo in his terris defunctus fuit viſibilis?

9. Teſtem hîc deſideras? En tibi Epigraphen prænominati Teſtamenti Viennenſis: *Lingua Syra, JESU CHRISTO vernacula, divino ipſius ore conſecrata, & à Johanne Evangeliſta Hebraica dicta.*

10. Notent hæc ſuperciliosi contemptores nobiliſſimæ noſtræ Linguæ Syriacæ, atque ſuo cum αὐϑεκάστῳ ad Garamantes pergant, prætendentes nec Origenem, nec alios, de antiquis Bibliorum verſionibus ſcribentes & differentes, hujus minimam etiam feciſſe mentionem. Itaq; παλαιότητα illius eſſe nullam.

11. Verùm, multiplicem ἀσυλλογιστίαν eo ipſo committunt pronunciato. Qualis enim, quæſo, eſt illa conſequentia: Hoc non deſcribitur. Ergò nuſpiam eſt? Num ſcriptores illos Eccleſiaſticos efficiamus πανεπιστήμονας, ſive omniſcios?

12. Numne neceſſum eſt, ut omnia, quæ uſpiam extant, illicò etiam literis commendentur?

13. Annon quid aliquandiu latitare, & hinc paucis notum eſſe poteſt, antequam ſolemniter publicetur?

14. Tandem, notum eſt πολυθρύλλητον axioma Phi-

loſophorum: Argumenta *ab auctoritate humana etiam affirmativè deſumpta, non eſſe κατὰ παντὸς vera, qualis igitur tandem κρίσις erit negativorum? Me-Chriſte nulla.*

15. Jam, quod concernit noſtrum quæſitum de μαραναθὰ, judicamus hic κρίσιν Hieronymianam, omninò conſonam eſſe veritati, dum arbitratur hoc vocabulum magis Syrum, quàm Hebræum eſſe.

16. Sunt a. duæ diſtinctę dictiones in codice Græcanico conjunctę, ſed in Syriaca noſtra verſione diviſę per ܡܪܢ ܐܬܐ מָרַן אֲתָא h. e. Dominus venit.

17. Hujus locutionis enucleationem olim expoſui in Lexico meo Syriaco, ex commonefactione Bibliorum Tremell. hiſce. *Eſt hæc extrema anathematis formula, quâ peccator, ſine ulla ſpe veniæ, Chriſti judicis condemnationi addicebatur, quod aliâs Thalmudiſtæ vocant* שַׁמְתָּא *dictione compoſita, ex* [illegible] הַשֵּׁם *domine (nomine autē hoc intelligunt aliâs Dei nomen* יְהֹוָה*, quod illis ἄῤῥητον) & Imperativo* תָא *veni, ex præterito* אֲתָא *venit.*

18. Et ſic iſto Anathemate Eccleſia docuit, ſe omnibus officii ſui partibus, erga virum iſtiusmodi inobedientem, perfunctum eſſe; & ab eo deinceps, conſilio cōmuni, abſtinere. eumq́; Dei judicio atq; adventui, ut deploratę inter homines ſpei, permittere. Hęc ibi.

19. Qui verò aliorum lectionem per Maharam-motha (qualis etiam eſt B. noſtri Lutheri) cognoſcere quoq; diſcupit, is adeat fontes Hebræos, quibus חֵרֶם, ex Radice חָרַם deteſtatus eſt, anathema ſive excommunicationem & deſolationem, מוֹת verò mortem denotat.

20. Eo itaq; innuere voluerunt, quòd Eccleſia vera homines iſtiusmodi χριστομίσους morti ſoleat devovere, eiq́; totos mancipare.

Qua-

## QUÆSTIO IV. Arabica:

*Qualenam latus Chriſto jam demortuo, Joh.19, v.34. lanceâ cujuſdam ſtratiotæ fuerit effoſſum.*

1. Quibus ea felicitas contigit, ut aliquadantenus ſaltem ſtudia Arabica rimari queant, næ, præter oblectamentum, etiam emolumentum indidem ferent ter maximum.

2. Primi enim ex gentibus fuêre Arabes, quos Paulus, poſt ſuã converſionẽ, inviſiſſe legitur Gal. 1, v. 15.

3. Et nil habetur in Codice noſtro ſacroſancto, cumprimis in Novo Inſtrumento, quod Arabes non transtulerint in ſuam vernaculam.

4. Imò, inter Germanos noſtros ſuperiores πρωτα-ραβίζοντες primus, Clariſſimus P. Kirſtenius, ex relatu ſui præceptoris Arabici, audet aſſerere, *Multas D. Pauli Epiſtolas, aliorumq; Apoſtolorum ſcripta eſſe Arabibus, quæ nondum in aliis extent linguis.* Vide ſis præfationem lib. 1 Gram. Arabicæ p. 5. §. 1.

5. Et horum fortean, aliorumque copiam nobis tandem ſubminiſtraſſet adamantina prorſus Erpeni, Profeſſoris quondam Lugduni-Batavici, ſedulitas, Doctoris noſtri muti ἐν τῇ γλωσσανατολικογνωσίᾳ quondam experientiſſimi, ſolertiſſimique. Verùm eundem

InfeſtVM ſtVDIIs, abſtVLIt atra LVes:

6. Hæc autem ita abs me ſcripta, accipi velim, non ut, ex mẽte adverſariorum noſtrorum Papanorum, Codicẽ ſacrum alicujus imperfectionis inſimulem, (quod abſit à me longiſſimè, qui כָּל־מְתֹם omnẽ perfectionẽ Bibliis noſtris ſacris deferẽdam eſſe, ex mo-

nitis

nitis ſacris addidici) ſed ut ſcripta illa, modò vera dixerit ille Arabs, nobis ad ſolidiorem Linguæ illius cognitionem maximoperè proficua futura, indubius ſperem.

7. Ut autem brevitati ſtudeamus, placet jam unicum illum indigitatum locum Johanneum διασκέψει noſtrâ attingere & exoſculari candidiſſimam declarationem Arabicam, quæ definitè nominat latus, quod Chriſto in cruce jam vitâ ſuâ functo, impiiſſimus quidam miles, inhumaniſſimè aperuit, ſcilicet dextrum, idque ſummâ cum conſtantiâ omnes, typis & calamo, ſcriptos textus Arabicos exprimere, aſſerit idem Kirſtenius ibid.

8. Translatio textus Arabici talis eſt טענה בחרבה פי גבבה אלאימן h. e. *perfodit gladio ſuo in latere ejus dextro.*

9. Oritur nomen hoc adjectivum, ex Hebræo primævo יָמִין dexter, & adhibetur heic cum articulo emphatico אַל Al, אלאימן, quod alibi ſcribitur: אַלְיָמִן & אַלְיָמִין. Quibus de conſule ſis loca Matth. 5, v. 39. Cap. 26, v. 51. Cap. 27, v. 29. & 38. Marc. 10, v. 40. Cap. 15, v. 27. Luc. 22, v. 50. Joh. 18, v. 10. Act. 3. v. 7. 2 Cor. 6, v. 7. Apoc. 1, v. 16. 17. 20. Pſal. 16, v. 8. Pſ. 17. v. 38. Pſ. 26, v. 10. Pſ. 73, v. 23. Pſ. 89, v. 25. Pſ. 142, v. 5. &c.

10. Pudore itaque ſuffundatur hinc Calvinus, qui αἱμαθυδατόῤῥοιαν illam lateris Chriſti, ἀξευρῶσι & prorſus naturaliter eveniſſe, ſcribere non reformidat, ſuper præſentem locum Johannéum.

11. Statuit enim is effluxum illum factum fuiſſe, ob capſulam cordis, in latere ſiniſtro eoque nihil inſolitum, nihilq; præter naturæ ordinem eveniſſe.

12. Ver-

12. Verba illius ſunt hæcce: Naturale eſt, dum coagulatur ſanguis, amiſſo rubore fieri aquæ ſimilem. Notum etiam eſt, in membrana præcordiis vicina aquam contineri.

13. At, ſi κατὰ φύσιν hoc ita eveniſſet, eccur, quæſo, tergeminatã aſſertionẽ Evangeliſtes verbis appoſuiſſet hiſce: Καὶ ὁ ἑωρακὼς μεμαρτύρηκε, καὶ ἀληθινὴ αὐτοῦ ἐστιν ἡ μαρτυρία. Κἀκεῖνος οἶδεν ὅτι ἀληθῆ λέγει, ἵνα καὶ ὑμεῖς πιστεύσητε, v. 35?

14. Trina enim iſthæc obteſtatio, ad nullam aliam rem referri poteſt, nec debet, quàm ad proximè præcedens miraculum τῆς αἱματυδαποδύσεως illius Chriſti, quicquid tandem Calvinus regerat.

15. Scripturarum enim complementum, ſicubi ab Evangeliſtis allegatur, non opus habet, ut nova aſſeveratione confirmetur, quod h. l. vult δοξόσοφος ille. Scriptura ſiquidẽ per ſe eſt αὐτάληθὴς καὶ ἀξιόπιστος.

16. Inſuper, ἀξιοπιστία ſcripturarum f. ſufficienter ſtabilitur à noſtro Evangeliſta & γενικῶς & εἰδικῶς in c. 20, v. 30. & 31. Cap. 21, v. 24.

17. Quare cum B. noſtro Hunnio concludimus hunc locum, effluxionem præſentem fuiſſe & Miraculoſam & Myſterio pleniſſimam.

18. Deinde, quòd aqua promanat ex latere, & quidem à ſanguine ſuis quaſi metis diſtincta.

19. Myſterium verò erat, quia deſignabant iſta ablutionem peccatorũ noſtrorũ, & ſalutarem fontem, quã nobis ſalvator Chriſtus moriendo aperuit, adeoque Sacramentum Baptiſmi & Cœnæ Dominicæ.

## QUÆSTIO V.

*Ex c. 9. Ezech. v. 4. Et ſigna Thau ſuper frontes virorum. Ex ſcriptura Samaritica & Æthiopica potiſſimùm reſoluta.*

1. Gemina interpretatio occurrit apud Interpretes S.literarum, de dictione Thau hujus loci, quarum altera eſt ἀόριστος indefinita, altera verò ὁριστικὴ ſive definitiva.

2. Indefinitè phraſin hanc (ex Cōjugatione Hiphil, à Radice Piëlica תָּוָה ſignavit) poſitam וְהִתְוִיתָ תָו עַל hoc eſt, Et inſignito ſignum ſuper, ſc. frontes hominum, acceptantes, illi quâdam generali σφραγῖδι, ſive notâ obſignatoriâ ibi electos Dei, & ab internecione ſeparatos homines, inſignitos fuiſſe, arbitrantur, cujus ſimile legitur Apoc. 7, v. 3. & Exodi 12, v. 7. de aſperſione ſanguinis in poſtibus & ſuperliminaribus domorum Iſraëliticarum factâ.

3. *Definitiva* verò *ſententia*, rurſum fit bifida, una eſt τῆς λέξεως, altera verò τῆς διανοίας.

4. *Dictioni literaliter inhærentes* (quod etiam verſio vulgata Latina factitat) urgét definitè expreſſum תָו Thau, ultimam ſc. Alphabethi Hebraici literam, frontibus illorum fuiſſe inſcriptam.

5. Hanc autem literam quî priſci Hebræi, per ſuum Raſche Theboth ſive Abbreviaturas interpretati fuerint, non meis, ſed verbis Buxdorfianis, ex ejuſdem Lexico Eberino, ad Radicem תוה Editionis primæ, placet enarrare.

6 Sic autem ille: *Quidam, ſignato Thau, literam ſcil. Alphabethi, ſicut & priſcis Hebræorum Sapientibus id intellectum, & quidem Thau illud atramento ſcribæ in piorum frontibus fuiſſe notatum.*

7. *Quid autem Thau?* תִּחְיֶה *vives*, reſpondetur, ſcil. *in vita conſervandos hoc ſigno notatos*. Ex Radice חָיָה vixit.

8. *Comminiſcuntur* (addit idem) *impiorum etiam frontes*

*tes fuiſſe notatos cũ Thau rubro ſive ſanguineo, quaſi* תמות *Morieris, Morti ſcil. eos tradendos fuiſſe*, allegans Codicem Talmud, de Sabba, cap. 5. pag. 55. Et Kimch. in ſuis Comment.

9. Διάνοιαν verò ſectantium è numero, ſunt etiam Papani noſtri, qui, ex quibuſdam patribus, defenſitant ſignum crucis in loco Prophetico & Apocalyptico eſſe intelligendum. Vide Bellarminum Tom. 3. Contr. lib. 2. c. 20. p. 279 §. 2. ubi etiam quadrigam patrum propterea allegat.

10. Verùm, unde illis anſa ſententiæ hujus ſuæ cruciariæ porrecta fuerit, ambigo.

11. Sanè, ex nullâ ſcriptura Alphabethi Eberina, vel alia illi vicina, iſthoc colligere poſſunt. Hebræis enim (ad quos Propheta ſermonem ſuum direxerat) nulla prorſus ſimilitudo intervenit inter ſuum ת & figuram crucis Chriſti, ni hanc furcam fuiſſe brachialem, Ein Schnellgalling/ ἀκόμψως effingere velles.

12. Scribit equidem Schindlerus, ex mente Rabbinorum, in Lexico ſuo Pentaglotto, ad Radicem ת ת, *quòd litera Thav, figuram habeat crucis in antiquis Hebræorum literis, quibus uſque hodie utuntur Samaritani.*

13. Aſt, Orthographiam Samaritanorum conſulens Scaligerianam, quam tradit in appendice ſuorum libb. de Emend. Temp. ἀνομοίωσιν deprehendet ſummam.

14. Et folium membraneum, ſimili Samarit. ſcripturâ manuſcriptum nuper nactus (quod, cum aliis veluti quibuſdam manubiis, Excellentiſſimus Dn. Jacob. Fezerus J. U. D. Norib. hinc triennium ipſius ex Oriente attulit) ex codé quoq; animadverti,

 quòd

quòd formâ Latinorum 𐤕 Thau ſuum efformare ſoleant 𐤕.

15. Longiùs adhuc à conformitate Thau Syrorum tùm ſimplicis ܬ tùm ligat ܬ recedere videmus formam crucis Chriſti.

16. Longiſſimè tandem abeſt ab ejuſdem conformitate Arabum Te ت

17. Si tamen ex aliquâ ſcriptura Alphabethicâ cognoſcere diſcupiunt noſtri Papani, quâ παρόμοιος fieret pictura ת Thau, & crucis Chriſti, eccam tibi Æthiopum, h. m. ተ uti ſimiliter me edocuit prænominatus liber Scaligerianus, in Computo Æthiopico & in appendice. Inq; eadem ſententia me confirmat liber precationum Æthiopicarum, ab eodem Clariſſimo Dn. D. Fezero indidem allatus.

18. Ego autem calculum meum adjicio patronis ſententiæ prioris, & arbitror Prophetam nullo modo ſignaturam illam definiviſſe, ſed ſigno ſaltem aliquo electos illos ſignatos fuiſſe, conjicio.

QUÆSTIO VI. Helleniſtica:

*De ἄρτῳ ἐπιουσίῳ Matth. 6, v. 11. Luc. 11, v. 3.*

1. Ab Orientalibus, allubeſcit jam tranſitum facere ad Linguas Occidentales, & quidem tres principaliores, ſcilicet Helleniſticam, Latinam & noſtram Vernaculam, Germanicam.

2. Helleniſticum quæſitum, nobis ſubminiſtrat Chriſtus formulâ ſuâ devotiſſimè orandi, quam ſuis diſcipulis, omnibuſq; piis aliis, cottidiè recitandam, præſcripſit.

3. Ubi, bona externa quæcunq; (& iſta à ſolo DEO petenda) dictionibus includit duabus, ceu ſunt ἄρτος ἐπιούσιος

4. Variant autem heic Interpretes. Verſio enim antiqua Latinorum, editionis Lugd. A.C 1520. reddit locũ Matth. per *panem ſubſtantialẽ*. Impreſſio verò ibidẽ facta A.C. 1581. habet *ſuperſubſtantialem*. Locum autem Lucanicum transfert per quotidianum. Vide de hac petitione Bellar. lib. 1. de bon. oper. c. 6. p. 2612.

5. Sed Paſor, in Lexico ſuo Græco, ex N.T. concinnato, nec illam, nec hanc Interpretationẽ approbat.

6. Primùm n. illorũ Notationẽ, dum ἐπιούσιον, παρὰ τὸ ἐπιέναι, à ſuccedendo, deducunt, q.d. ſuccedaneum, ac ſi peteremus panem ſibi ſuccedentem ſeu craſtinum, deſtruit axiomate illo Grammaticali: *Quod in Lingua Græcanica, à participiis adjectiva deriventur nulla.*

7. Deinde, ex materia ſubjecta, ſive re ipſa, quòd Chriſtus nobis interdixerit τὰς μερίμνας τῆς ἐπιούσης ἡμέρας, Matth. 6, v. 31. Luc. 12, v. 22.

8. Præterèa, ad evitãdam Tavtologiam, dum apud Lucam, poſt ἐπιούσιον, additur τὸ καθ' ἡμέραν, dietim.

9. Tandem, ne ex definito tempore, efficiatur indefinitum, ſubjungitur σήμερον, hodie.

10. Concludimus itaq;, cum eodẽ Paſore, ἐπιούσιον illud non eſſe ab ἐπιοῦσα; ſed ex ἐπὶ & οὐσία (quod etiam opes denotat, Luc. 15, v. 12. & 13.) q.d. ex mente Græcorum, panem ἐπὶ τὴν οὐσίαν καὶ τροφὴν ἐπαρκοῦντα.

11. Itaque nomen ἐπιούσιος indicabit τὴν τροφὴν ἐφήμερον, Jac. 2, v. 15. Confer heic verba Auguris Prov. 30, verſ. 8.

12. Percommodè igitur Syriſca noſtra verſio, nominat panem huncce ܠܚܡܐ ܕܣܘܢܩܢܢ *Lachmo deſunkonan, panem indigentiæ ſive neceſſitatis noſtræ*, quòd

nobis alendis ſit neceſſarius, ex Radice סְנַק *ſenak.* indiguit, opus habuit.

13. Nec abludit hinc verſio Arabica, quæ reddit כַּפַאפַנַא ſufficientiæ noſtræ, ex Radice כפק, juxta Kirſtenium, ſuper eundem locum. Vel Schindl. ex כַּפָא ſuffecit. Unde Deus ijsdē dicitur Alcafi, αὐτάρκης.

14. Et arbitratur Kirſtenius, appoſitiſſimè reddi poſſe Das gnügliche Brodt.

## Quæstio VII. Latina:

*Quid ſit ſentiendum de illa phraſi: Deus intentator malorum eſt, ex Epiſt. Jacobéa c. 1, verſu 13.*

1. Præter alias rationes plures, quibus B. Hieronymum, auctorem aliâs Latinitatis non contemnendum, Latinæ verſionis Biblicæ, quâ, pro tempore, Eccleſia utitur, translatorem minimè eſſe, evincitur, & illa non poſtrema eſt, quòd in locis quampluri- mis, & barbara & ſolœciſmis eadem referta deprehendatur.

2. Quid enim eſt: deſtravit Camelos, Gen. 24, v. 32.? quam bellè ſonat illud: Nonne vos magis pluris eſtis illis Matth. 6. v. 26.? quam congruè illud: pœnitemini, Actor. 3. v. 19. Videantur plura apud Hunnium ſub finem Controv. de S. Script. lib. 2. c. 14. Gerhardum in Exegeſi ejuſdem articuli, ſect. 5. p. 564.

3. Sic, quis è probatis Latinis admittit verſionem loci noſtri Jacobéi? Ubi quis illorum nomen intentatoris? Et: nomina in OR deſinentia, ubi paſſionem ſignificant?

4. Ἀπείραστος autē κακῶν, heic paſſivè ſonat, conſentiente etiam verſione Syrorū per אֲלָהָא לָא מְנַסֵּי בְּבִישָׁתָא *Deus non tentatur malis.*

5. Ne

5. Ne itaque Deo affricetur cauſa ulla, impellens hominem ad male agendum, aut efficiatur idem author alicujus peccati illi, præſtat loco *intentatoris* ſubſtituere, *non tentator*; vel potius κατὰ λέξιν Græcanicam, *non tentatur*, malis ſcilicet.

## QUÆSTIO VIII. Germanica:

*Meritonè B. Lutherus criminandus, ob adjectionem excluſivæ* Allein/ *Rom. 3, v. 28. factam?*

℞. Immeritò prorſus. Quia 1. ἑρμηνέως τοῦ πιστοῦ officium, non tàm literalem, quàm ſenſualem Tralationem expetiſcit.

2. Jam Germaniſmi noſtri proprietas requirit, *Ut cum de duobus ſermo eſt, quorum unum affirmatur, alterum negatur, particula* Allein/ *addatur affirmationi, ut ex altera parte negatio ſit eò fortior.*

3. Similis autem oppoſitio, eſt in tota diſputatione Paulina, ſcil. aut ex Lege, aut Evangelio: aut ex fide, aut operibus hominem juſtificari. Sed non ex lege vel operibus. Ergò ex ſolo Evangelio vel fide.

4. Alibi æquipollentes particulæ idipſum inferunt, ceu ſunt Gratis, per gratiam, niſi, ſine Confer Rom. 3, v. 23. Cap. 4, v. 6. Gal. 2, v. 16. Eph. 2, v. 8.

5. Immò, ipſa ſcriptura ſacra, eundem modum interpretandi obſervat. Chriſtus enim λατρείαν Deo, ex mandato, præſtandam Deut. 6, v. 13. & 14. particulâ μοναδικῇ reſtringit, Matth. 4. v. 10. Similiter enunciatum apud Marc. 13, v. 32 explicatur Matth. 24, v. 36. voce μόνος.

6 An-

6. Anguſtia Theſium non fert, ut ex LXX. Interp. & ex ipſa vulgata Latina, conſimilem πρᾶξιν addamus.

7. Inſuper, Bb. patres, promachi, hac etiam in cauſa B. noſtri Lutheri, videântur in Exegeſi Conf. Auguſt. Menzeriana, pag. 181.

8. Chephzi bah mea, Trãslatio Syriſca (forteã antiquitate Latinæ cedẽs nulla) in c. 4, v. 5 Rom. addit ſuũ ܒܠܚܘܕ בִּלְחוּד ſolùm, tantùm.

9. Æmulatur & hanc, ibidem, Arabica verſio, particulâ ſuâ فقط פַּקַט tantùm, uti etiam alibi eadem particula legitur hoc ſenſu, Matth. 8, v. 8. Cap. 10, v. 42. Marc. 6, v. 8. Luc. 6, v. 4. Joh 11, v. 52. Act. 8, v. 16.

10. Et Italica verſio, Venetiis A. C. 1546. impreſſa, habet in loco Paulino: *Ma ſolò per la fede die Gieſu Chriſto.*

11. Tandem verſio Germanica, quam in Bibliotheca Confluentiana Jeſuitarum, D. Menzerus ſe vidiſſe refert, ante Lutherũ edita, ſimiliter illud Rom. tranſtulit, Allein durch den Glauben. Vide ipſius B. noſtri Lutheri Apologiam, de hac particula ſatis prolixam, Tom 5. Jenenſ. in Epiſt. Translationibus à pag. 160. f. b. Et Exegeſin nuper allegatam Menzerianam.

Χριςὲ Θεοῦ ἁγνῆς Μαρίας ϗ τέκνον ἀληθὲς,
Ξένιον εὖ ἡμῖν τοῦτο μέγα πάρεχε τεόν.

ELEN-

# RECTOR UNIVERSITATIS NORIMBERGENSIS, CIVIBUS ACADEMICIS S. P. D.

*OMnia ſunt hominum tenui pendentia filo:*
*Et ſubito caſu, quæ valuere, ruunt.*

SI quis de veritate hujus non tam carminis, quàm oraculi Ovidiani dubitet: ille eâdem operâ Solis meridianam lucem in dubium vocare videbitur. Experientia namque docet, non tantùm imbelles pueros ac ſenes, ſed viros etiam ætate ac robore florentes, naturæ vi atque lege quotidiè fato applicari. Ne longiùs abeamus, quid aliud clamat Eccleſia & Academia noſtra, tanto ſibi recens impoſito vulnere? dum Reverendum & Clariſſimum virum, D. M. CHRISTOPHORUM CRINESIUM, Diaconum ſuum fidelem & Profeſſorem eruditiſſimum, Collegam & amicum noſtrum deſideratiſſ. ante quatriduum corpore & animo benè valentem poſt paucas horas morbo correptum & ſimul exſtinctum vidit, meritoque nunc luctu & lamentis proſequitur. Editus ille in hanc lucem fuit Anno CHRISTI 1584. in

)()( oppi-

oppido Bohemiæ SCHLACCOVVALDA: cujus nomen Clariſſ. Poëta, in illa vicinia natus, ita explicat:

*SCORIA dat nomen SILVÆ, qua nobilis urbs eſt:*
*Hæc albi ex plumbi ſemine vaſa facit.*
*Nam nigros lapides educit foſſor ab antris:*
*Argenti ſpecies his tamen igne venit.*

Parentes Dn. CRINESII noſtri fuerunt, Reverendus & doctiſſimus vir, Dn. CHRISTOPHORUS CRINESIUS, urbis jam dictæ Diaconus, & ANNA GÜNTHERA, fœmina honeſtiſſima. Per hos effectum eſt, ut & ſemina pietatis filio inſtillarentur: & ille, quòd ingenium bonarum artium haberet capax, in ludum patriæ literarium deductus, peritis ac prudentibus præceptoribus commendaretur: tantosque faceret progreſſus, ut Anno 1603. dignus videretur, qui jam in liberiore Academiarum campo excurreret. Sumtibus itaq; neceſſariis inſtructus, primùm Jenam, deinde Witebergam miſſus fuit: ubi curriculum Philoſophiæ abſolvit adeò feliciter, ut Anno 1607. Magiſterii teſtimonio publico ornatus, inter 35. Candidatos nonum locum ſuo merito obtineret. Hinc Theologiæ ſe dedidit: ac peritiam linguarum exoticarum, Hebrææ, Chaldææ & Syriacę ſibi comparavit: & Anno 1611. Grammaticam Syriacam vulgavit, præfatione CL. ſenis, Dn. M. Laurentii Fabricii, ſanctæ linguæ in Academia Witenbengenſi Profeſſoris meritiſſimi, comendatam. Sequenti Anno Lexicon Syriacum in lucem Noſter, & quidem primus in Germania edidit. Anno 1613. ab illuſtri Auſtriæ Barone, D. Wolfgango Sigiſmundo Loſenſteinio, S. Cæſ. Maj. conſiliario, legitimè vocatus, munus concionatoris aulici in ar-

ce

ne Gſchwendt ſexennium obiit: ac interea Anno 1615 honeſtam virginem REGINAM DÖRFFLINGERAM, cum binis liberis marito ſuperſtitem, matrimonio ſibi copulavit. Sed ut crebræ ſunt viciſſitudines rerum humanarum: ad aliam in ſuperiori Auſtria parochiam (nomen loco eſt Grub) à nobiliſſimo viro, D. Johanne Fenzelio, acceerſitus Crineſius noſter, itidẽ ſexennium multo cum Eccleſiæ fructu exegit. Cum autem fatalis quædam religionis mutatio illis in locis incideret: Dn. CRINESIUS quoq; Anno 1624. ſolum vertere juſſus, in Noricum advenit: ac ab Ampliſſimo Senatu Noribergenſi primùm extraordinarius, mox etiam ordinarius Theologiæ in Univerſitate iſta Profeſſor, & Eccleſiæ Diaconus eſt conſtitutus: in quo officio aſſiduus ac fidelis divinorum arcanorum diſpenſator fuit: ſtudioſæque juventuti quà publicè, qua privatim docendo profuit plurimum. Inſuper Lexicon Chaldaicum, & diſputationem de confuſione linguarum edidit: plura in communem diſcentium uſum ingenij ſui monumenta productura, niſi DEUS OPT. MAX. finem ipſe laboribus ejus impoſuiſſet. Nam proximo die 28. Auguſti, circa 5. horam matutinam, quaſi extra ſe raptus Dn. CRINESIUS, quid faceret? de moréne in Academia legeret? dubitavit. Ac in cœnaculum introductus, *Acquieſcere ſe dixit, quicquid pater cœleſtis de ſe ſtatueret.* Mox ſigna comitialis morbi apparuerunt; qui ne ſic quidem afflicti mentem prorſus immutare valuit, quin adſtantes amici animadverterent, hæc poſtrema fuiſſe morituri verba, pietatis ac fiduciæ plena: *Non me Jehovah deſeret.* Deinde paroxyſmus epilepticus uſque ad horam XI. ipſum exercuit: accedens verò apoplexia virum de Eccleſia DEI benè

meritum penitus necavit: cùm ille ſupra 45. annos ætatis menſes ſex, conjugij annos propè quindecim expleviſſet. Talis hominum eſt conditio:

*Naſcentes morimur, finisq; ab origine pendet.*

Illud tamen certum atq; ambabus ulnis eſt amplectendum, quod Seneca divinitus ſcripſit: *Dies iſte, quem tanquam extremum reformidas, æterni natalis eſt.* Hac ſpe reſurrectionis & ſempiternæ in cæleſti Hieroſolyma conſuetudinis nos ſolemur, quicunq; feſtinato Dn. Collegæ atq; amici quondam noſtri obitu dolemus: Et ad mœrorem Viduæ & Orphanorum defuncti leniendum, cùm aliis Chriſtianæ charitatis officiis, tum deductione funeris, quod hodiè præmiſſa concione ſacra, circa horam primam pomeridianam fiet: συμπάθειαν noſtram declaremus. Quanquã igitur cives Academicos ſponte ſua ad cohoneſtandas exſequias congregatum iri confido: tamen, ut libentiùs & frequentiori comitatu id faciant, eoſdem hortor ſimul ac rogo. P. P. Altdorphii pridie Calend. Septembris, ANNO CHRISTI M. DC. XXIX.

FB 2
1537122

~~117.~~
C.
~~78.~~

117
C
75

B
Vitt.
X